Deus noster refugium et virt9. adiutor in tribulationib9 que inuenerunt nos nimis. Propterea non timebimus dum turbabitur terra. et transferentur montes in cor maris. Sonuerūt et turbate sunt aque eorum. conturbati sunt montes in fortitudine eius. Fluminis impetus letificat ciuitatem dei. sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Deus in medio eius non commouebitur. adiuuabit eam deus mane diluculo. Conturbate sunt gentes et inclinata sunt regna. dedit vocem suam mota est terra. Dominus virtutū nobiscum. susceptor noster deus iacob. Uenite et videte opa domini. que posuit prodigia super terram. auferens bella vsqꝫ ad finem terre. Arcum cōteret et confringet arma. et scuta cōburet igni. Uacate et videte quoniam ego sum deus. exaltabor in gentibus et exaltabor in terra. Dominus virtutum nobiscum. susceptor noster deus iacob. ps

Omnes gentes plaudite manibus. iubilate deo in voce ex

ultationis. Quoniam dñs excelsus. terribilis rex magnus super omnem terram. Subiecit populos nobis. et gentes sub pedibus nostris. Elegit nobis hereditatem suam. speciem iacob quē dilexit. Ascendit deus in iubilatiōe. dominus in voce tube. psallite deo nostro psallite. psallite regi nostro psallite. Quoniam rex omnis terre deus. psallite sapienter. Regnabit deus super gentes. deus sedet super sedem scām suā. Principes populoꝝ cōgregati sunt cum deo abraam. quoniam dy fortes terre vehemēter eleuati sunt. añ Adiutor in tribulatio nibus. añ Auribus. ps Magnꝰ dñs
ps Audite hec omnes. ps

Magnus dominus et laudabilis nimis. in ciuitate dei nr̄i in monte sancto eius. Fundatur exultatiōe vniuerse terre. mons syon latera aquilonis ciuitas regis magni Deus in domibus eius cognoscetur. cum suscipiet eam. Quoniam ecce reges terre cōgregati sunt. conuenerūt in vnum. Ipsi videntes sic admirati sunt conturbati sunt et cōmoti sunt. tremor apprehendit eos. Ibi dolores vt parturientis. in spiritu vehemēti conteres naues tharsis. Sicut audiuimus sic vidimus in ciuitate dñi virtutum. in ciuitate dei nostri deus fundauit eam in eternum. Suscepimus deus misericordiā tuam. in medio templi tui. Scdm̄ nomen tuū deus sic et laus tua in fines terre. iusticia plena ē dextera tua. Letet mons syon et exultent filie iude. ꝑpter iudicia tua domine. Circūdate syon et complectimini eam. narrate in turribus eiꝰ. Ponite corda vestra in virtute eius et distribuite domos eiꝰ vt enarretis in progenie altera. Quoniā hic est deus deus noster in eternum et in seculum seculi ipse reget nos in secula. ps

Audite hec omnes gentes. auribus percipite qui habitatis orbem. Quiqꝫ terrigene ⁊ filij hominū. simul in vnum diues ⁊ pauper. Os meum loquetur sapientiam. et meditatio cordis mei prudentiam. Inclinabo in parabolam aurem meam. aperiam in psalterio ꝓpositionē meam. Cur timebo in die mala. iniquitas calcanei mei circūdabit me. Qui confidunt in virtute sua. et in multitudine diuiciarum suarum gloriantur. Frater non redimet redimet homo. non dabit deo placationem sui. Et precium redemptionis anime sue. ⁊ laborabit in eternū et viuet adhuc in finem. Non videbit interituꝫ cum viderit sapientes morientes. simul insipiens ⁊ stultus peribunt. Et relinquent alienis diuicias suas. ⁊ sepulcra eorum domus illorum in eternum. Tabernacula eorum in progenie ⁊ progenie. vocauerunt nomina sua in terris suis. Homo cum in honore esset nō intellexit. compatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis. Hec via illorum scandalum ipsis. et postea in ore suo complacebunt. Sicut oues in inferno positi sunt. mors depascet eos. Et dominabuntur eorum iusti in matutino. et auxiliuꝫ eorum veterascet in inferno a gloria eorum. Verūtamen deus redimet animam meam de manu inferni. cum acceperit me. Ne timueris cum diues factus fuerit homo. ⁊ cū multiplicata fuerit gloria domus eiꝰ Quoniam cum interierit non sumet omnia. neqꝫ descendet cum eo gloria eius. Quia anima eius in vita ipius benedicetur. cōfitebitur tibi cum benefeceris ei. Introibit vsqꝫ in ꝓge-

nicos patrum suorum. et usque in eternum non videbit lumen omo cum in honore esset non intellexit. compa tus est iumentis insipientibus et simi lis factus est illis. an Auribus percipi te qui habitatis orbem. an Deus deorum. ps Ipsum. ps Quid gloriaris.

ps

Deus deorum dns locutus est et vocavit terram. A solis or tu usque ad occasum. ex syon species decoris eius. Deus manifeste veniet. deus noster et nõ silebit. Ignis in conspectu eius exardescet. et in circuitu eius tempestas valida. Advocavit celum desursum. et terram di scernere populum suum. Congregate illi sanctos eius. qui ordinãt testamẽtum eius sup sacrificia. Et annũciabunt celi iusticiam eius. qm deus iudex est. Audi popolus meus et loquar israel. et testificabor tibi deus deus tuus ego sum. Non in sacrificijs tuis arguam te. holocausta autẽ tua in conspectu meo sunt semper. Non accipiam de domo tua vitulos. neque de gregibus tuis hyrcos. Quoniam mee sunt omnes fere silvarum. iumẽta in montibus et boves. Cognovi omnia volatilia celi. et pulcritudo agri mecum est. Si esuriero non dicã tibi. meus est eniz orbis terre. et plenitudo eius. Nunquid manducabo carnes taurorũ. aut sanguinem hyrcorum potabo. Immola deo sacrificium laudis. et redde altissimo vota tua. Et invoca me in die tribulationis. et eruam te et honorificabis me. Peccatori autem dixit deus quare tu enarras iusticias meas. et assumis testamẽtum meum p os tuum. Tu vero odisti disciplinam. et proiecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furem currebas cum eo. et cum adulteris portionẽ tuam ponebas. Os tuũ habũdavit malicia. et lingua tua cõcinabat dolos. Sedens adversus fratrem tuum loquebaris. et adversus filium matris tue ponebas scandalũ hec fecisti et tacui. Existimasti iniquie qđ ero tui similis. arguam te et statuam contra faciem tuam. Intelligite hec qui obliviscimini deum. ne quãdo rapiat et non sit qui eripiat. Sacrificium laudis honorificabit me. et illic iter quo ostendã illi salutare dei

ps

Miserere mei deus scđm magnam misericordiaz tuam. Et scđm multitudinez miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Amplius lava me ab iniquitate mea. et a peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meum ego cognosco. et peccatum meum contra me est semper. Tibi soli peccavi et malũ coram te feci. vt iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus cõcept9 sum. et in peccatis meis concepit me mater mea. Ecce enim veritatem dilexisti. incerta et occulta sapiẽtie tue manifestasti mihi. Asperges me dñe ysopo et mundabor. lavabis me et super nivam dealbabor. Auditui meo dabis gaudium et leticiam. et exultabunt ossa humiliata. Averte faciem tuam a peccatis meis. et omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me deus. et spiritum rectum innova in visceribus meis. Ne proijcias me a facie tua. et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Redde mihi leticiam salutaris tui. et spiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas. et impij ad te conver

tentur. Libera me de sanguinibus de us deus salutis mee. et exultabit lingua mea iusticiam tuam. Domine labia mea aperies. et os meum annunciabit laudem tuam. Quoniam si voluisses sacrificium dedissem. utique holocaustis non delectaberis. Sacrificium deo spiritus contribulatus. cor contritum et humiliatum deus non despicies. Benigne fac domine in bona voluntate tua syon. ut edificentur muri iherusalem. Tunc acceptabis acrificium iusticie oblationes et holocausta. tunc imponent sup altare tuum vitulos.

Quid gloriaris in malicia. qui potens es in iniquitate. Tota die iniusticiam cogitauit lingua tua. sicut nouacula accuta fecisti dolum. Dilexisti maliciam super benignitatem. iniquitatem magis quam loqui equitatem. Dilexisti omnia verba precipitationis. lingua dolosa. Propterea deus destruet te in finem euellet te et emigrabit te de tabernaculo tuo. et radicem tuam de terra viuentium. Uidebunt iusti et timebunt et super eum ridebunt et dicent. ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum. Sed sperauit in multitudine diuiciarum suarum. et preualuit in vanitate sua. Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei sperauit. in misericordia dei in eternum et in seculum seculi. Confitebor tibi in seculum. quia fecisti et expectabo nomen tuum quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.

añ Deus deorum dominus locutus est. ℣ Immola deo sacrificium laudis Et redde altissimo vota tua.

℟ Auribus percipe domine lacrimas meas ne sileas a me remitte mihi Quoniam incola ego sum apud te et peregrinus. ℣ Dixi custodiam vias meas vt non delinquam in lingua mea. Quoniam incola.

℟ Statuit dominus supra petram pedes meos et direxit gressus meos deus meus. Et immisit in os meum canticum nouum ℣ Expectans expectaui dominum et respexit me. Et immisit.

℟ Ego dixi domine miserere mei Sana animam meam quia peccaui tibi. ℣ Domine ne in ira tua arguas me neque in furore tuo corripias me. Sana.

In laudibus añ Secundum magnam misericordiam tuam miserere mei deus.
ps Miserere mei deus. añ Saluator vultus mei deus meus. ps Iudica me deus. añ Ad te de luce vigilo deus. ps Deus deus meus. añ Cunctis diebus vite nostre.

ps

Ego dixi in dimidio dierum meorum. vadam ad portas inferi. Quesiui residuum annorum meorum. dixi non videbo dominum deum in terra viuentium. Non aspiciam hominem vltra. et habitatorem quietis. Generatio mea ablata est et conuoluta est a me. quasi tabernaculum pastorum. Precisa est velut a texente vita mea dum adhuc ordirer succidit me. de mane vsque ad vesperam finies me. Sperabam vsque ad mane quasi leo. sic contriuit omnia ossa mea. De mane vsque ad vesperam finies me. sicut pullus hyrundinis sic clamabo meditabor vt columba. Attenuati sunt oculi mei. suspicientes in excelso. Domine vim patior responde pro me. quid dicam aut quid respondebit mihi cum ipse fecerim

Recogitabo tibi omēs annos meos. in amaritudine anime mee. Domine si sic viuitur ꝛ in talibus vita spirit⁹ mei corripies me et viuificabis me. ecce in pace amaritudo mea amarissima. Tu aūt eruisti animaꝫ meam vt nō periret. ꝓiecisti post terguꝫ tuum omnia peccata mea. Quia non infernus confitebitur tibi neqꝫ mors laudabit te. nō expectabūt qui descendūt in lacum veritatem tuam. Uiuens viuens ipe confitebitur tibi. sicut ꝛ ego hodie pater filijs notam faciet veritatem tuā. Domine saluuꝫ me fac. et psalmos nostros cantabimus cūctis diebus vite nostre in domo domini. aā Cunctis diebus vite nostre saluos fac nos dn̄e aā In excelsis laudate dn̄m. ps̄ Laudate dn̄m. Capi. Uigilate vt supra. Hymnus

Ales diei nūcius lucem propinquā precinit nos excitator mentium iam xp̄us ad vitam vocat. Auferte clamat lectulos egros sopore desides castiqꝫ recti ac sobrij vigilate iam sum primus. Ihesum sciamus vocibus flentes ꝓcantes sobria intenta supplicatio dormire cor mūduꝫ vetat. Tu xp̄e somnū discute tu rumpe noctis vincula tu solue peccatuꝫ vetus nouūqꝫ lumen ingere. Deo patri ℣ In matutinis dn̄e. aā In domo dauid pueri sui fecit redemptionem dn̄s plebis sue. ps̄ Benedictus

Feria quarta inuitatorium

In manu tua dn̄e Omnes fines terre ps̄ Uenite exultemus. Hymnus

Rerum creator optime rectorqꝫ noster aspice nos a quiete noxia mersos sopore libera. Te xp̄e sancte poscim⁹ ignosce tu criminib⁹ ad cōfitendum surgimus morasqꝫ noctis rumpimus. Mentes manusqꝫ tollim⁹ ꝓpheta sicut nouimus nobis gerendum precepit paulusqꝫ gestis censuit. Uides malum qđ gessimus occulta nostra pandimus ꝓces gementes fundimus dimitte qđ peccauimus. Presta pater pijssime. aā Auertet domin⁹ ps̄ Dixit insipiens. ps̄ Exaudi deus orationem ps̄

Dixit insipiēs in corde suo. nō est deus. Corrupti sunt et abbominabiles facti sūt in iniquitatibus nō est qui faciat bonum. Deus de celo ꝓspexit super filios hominuꝫ. vt videat si est intelligens aut requirens deum. Omnes declinauerūt simul inutiles facti sunt. non est qui faciat bonum nō est vsqꝫ ad vnum. Nonne scient omnes qui operantur iniquitateꝫ. qui deuorāt plebem meam vt cibū panis. Deum non inuocauerūt illic trepidauerunt timore vbi nō fuit timor. Quoniā deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent confusi sunt. quoniā de⁹ spreuit eos. Quis dabit ex syon salutare israel. cum cōuerterit dn̄s captiuitatem plebis sue exultabit iacob et letabitur israel. ps̄

Deus in nomine tuo saluū me fac. et in virtute tua iudica me. Deus exaudi orationem meam. auribus ꝑcipe verba oris mei. Quoniam alieni insurrexerūt aduersum me et fortes quesierunt animam meam. ꝛ non proposuerūt deum ante conspectum suum. Ecce enim de⁹ adiuuat me. et dominus susceptor ē anime mee. Auerte mala inimicis meis et in veritate tua disperde illos. Uoluntarie sacrificabo tibi. et cōfitebor nomini tuo domine quoniam bonuꝫ est. Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me. et super inimicos meos despexit oculus meus. ps̄

Exaudi deus oratiōem meam et ne despexeris depcationem meam. intende mihi ꝛ exaudi me. Contristatus sum in exercitatōe mea ꝛ conturbatus sum a voce inimici ꝛ a tribulatiōe peccatoris. Qm̄ declinauerūt in me iniquitates. et in ira molesti erant mihi. Cor meū conturbatum est in me. et formido mortis cecidit super me. Timor ꝛ tremor venerūt super me. et contexerunt me tenebre. Et dixi quis dabit mihi pennas sicut columbe. et volabo ꝛ requiescam. Ecce elongaui fugiēs. ꝛ mansi in solitudine. Expectabaꝫ eum qui saluum me fecit. a pusillanimitate spūs et tempestate. Precipita dn̄e diuide linguas eorum. qm̄ vidi iniquitatem et cōtradictiōem in ciuitate. Die ac nocte circūdabit eam sup muros eiꝰ iniquitas. ꝛ labor in medio eius ꝛ iniusticia. Et non defecit de plateis eiꝰ vsura ꝛ dolus. Qm̄ si inimicus meus maledixisset mihi. sustinuissem vtiqꝫ. Et si his qui oderat me super me magna locutus fuisset. abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero homo vnanimis. dux meus ꝛ notus meus. Qui simul mecum dulces capiebas cibos. in domo dei ambulauimus cū consensu. Ueniat mors super illos. ꝛ descendant in infernum viuētes. Qm̄ nequicie in habitaculis eorū. in medio eorum. Ego autem ad dn̄m clamaui. ꝛ dn̄s saluauit me. Uespe ꝛ mane ꝛ meridie narrabo ꝛ annūciabo ꝛ exaudiet vocem meam. Redimet in pace animā meam ab his qui appropinquant mihi. qm̄ inter multos erāt mecum. Exaudiet deus ꝛ humiliabit illos. qui est ante secula. Non enī est illis cōmutatio ꝛ non timuerūt deū. extendit manū suam in retribuendo. Contaminauerūt testamētum eiꝰ. Diuisi sunt ab ira vultus eius. et appropinquauit cor illius. Molliti sunt sermones eius sup oleum. et ipi sunt iacula. Iacta sup dn̄m curam tuam et ipe te enutriet. et non dabit in eternū fluctuatiōnem iusto. Tu vero deꝰ deduces eos in puteum interitus. Uiri sanguinum ꝛ dolosi non dimidiabūt dies suos. ego aūt sperabo in te dn̄e.

an̄. Auertet dn̄s captiuitatem plebis sue. an̄. Quoniam in te. ps Miserere mei ps Miserere. ps

Miserere mei deus quoniā cōculcauit me hō. tota die impugnans tribulauit me. Conculcauerunt me inimici mei tota die quoniā multi bellantes aduē sꝫ me. Ab altitudine diei timebo. ego vero in te sperabo. In deo laudabo sermones meos. in deo speraui nō timebo quid faciat mihi caro. Tota die verba execrabātur aduersum me. omēs cogitatiōes eoꝝ in malum. Inhabitabunt ꝛ abscondent ipsi. calcaneum meū obseruabunt. Sicut sustinuerūt animā meam ꝑ nihilo saluos facies illos. in ira populos confringes. Deus vitaꝫ meaꝫ ānūciaui tibi. posuisti lacrimas meas in conspectu tuo. Sicut ꝛ in ꝓmissiōe tua. tunc conuertētur inimici mei retrorsum. In quacūqꝫ die inuocauero te. ecce cognoui qm̄ deus meus es. In deo laudabo verbum in dn̄o laudabo sermoneꝫ. in deo speraui non timebo quid faciat mihi homo. In me sunt deus vota tua. que reddam laudationes tibi. Quoniā eripuisti animam meam de morte ꝛ pedes meos de lapsu. vt placeam corā deo in lumine viuētium.

Miserere mei deus miserere mei. qm̄ in te confidit anima mea. Et in vmbra alaꝝ tuarū sperabo. donec transeat iniquitas

Clamabo ad deum altissimu3. deum
qui bene fecit mihi. Misit de celo ꝛ li
berauit me. dedit in opprobriu͂ co͂cul
cantes me. Misit deus misericordia3
suam ꝛ veritatē suam. et eripuit ani
mam meam de medio catuloꝝ leonu͂
dormiui conturbatus. Filij hominu͂
dentes eoru3. arma ꝛ sagitte ꝛ lingua
eorum gladius accutus. Exaltare su
per celos deus. et in omni terra glo/
ria tua. Laqueum parauerunt pedi
bus meis. et incuruauerūt anima͂ me
am. Foderunt ante faciem meam fo
ueam. et inciderunt in eam. Paratu͂
cor meum deus paratum cor meum.
cantabo ꝛ psalmum dicam. Exurge
gloria mea exurge psalteriu3 ꝛ citha
ra. exurgam diluculo. Confitebor ti
bi in populis domine. et psalmu͂ tibi
dicam in gentibus. Qm͂ magnificata
est vsq3 ad celos misericordia tua. ꝛ
vsq3 ad nubes veritas tua. Exalta/
re super celos deus. et super omnem
terram gloria tua. an͂ Quoniam in te
confidit anima mea. an͂ Iuste. ps Si
vere. ps Eripe me.

Si vere vtiq3 iusticia3 loqui
mini. recte iudicate filij ho/
minum. Etenim in corde ini/
quitates operamini in terra. iniustici/
as manus vestre concinnāt. Alienati
sunt peccatores a vulua. errauerunt
ab vtero locuti sunt falsa. Furor il/
lis scd͂m similitudine3 serpentis. sicut
aspidis surde ꝛ obturantis aures su/
as. Que no͂ exaudiet vocem incātan
tium. ꝛ venefici incātantis sapienter.
Deus conteret dentes eorum in ore
ipsoꝝ. molas leonum co͂fringet dn͂s.
Ad nihilum deuenient tan͂q aqua de
currens. intendit arcum suum donec
infirmentur. Sicut cera q̄ fluit aufe/
rentur. supcecidit ignis ꝛ non vide/
runt solem. Priusq͂ intelligeret spine
vestre ramnu3 sic viuentes sic in ira
absorbet eos. Letabitur iustus cum
viderit vindictam. manus suas laua
bit in sanguine peccatoris. Et dicet
homo si vtiq3 est fruct9 iusto. vtiq3
est deus iudicans eos in terra. ps

Eripe me de inimicis meis de
us meus et ab insurgentibus
in me libera me. Eripe me de
operantibus iniquitatem. et de viris
sanguinum salua me. Quia ecce cepe
runt animam meam. irruerunt in me
fortes. Neq3 iniquitas mea neq3 pec
catum meum domine. sine iniquitate
cucurri ꝛ direxi. Exurge in occursu3
meum ꝛ vide. et tu domine deus vir
tutum deus israel. Intende ad visi/
tandas omnes gentes. non miserea/
ris omnibus qui operantur iniquita/
tem. Conuertētur ad vesperam ꝛ fa
mem patiētur vt canes. et circuibūt
ciuitatem. Ecce loquētur in ore suo
et gladius in labijs eorum. quoniam
quis audiuit. Et tu domine deride/
bis eos. ad nihilum deduces omnes
gentes. Fortitudine3 meam ad te cu
stodiam quia deus susceptor me9 es
deus meus misericordia eius preue/
niet me. Deus ostendit mihi sup ini/
micos meos ne occidas eos. ne qua͂/
do obliuiscantur populi mei. Disper
ge illos in virtute tua. et depone eos
protector meus domine. Delictum
oris eorum sermone3 labiorum ipsoꝝ
et comprehendātur in superbia sua.
Et de execratione et mendacio. annu͂
ciabuntur in consu͂matione. In ira
consu͂mationis et non erunt. et scient
quia deus dominabitur iacob ꝛ fini
um terre. Conuertētur ad vesperam
et famē patientur vt canes. et circui
bunt ciuitatem. Ipsi dispergentur ad
manducādum. si vero no͂ fuerint sa/
turati et murmurabu͂t. Ego autem

Qui conuertit mare in aridã. in flu mine ptransibant pede ibi letabimur in ipso. Qui dñatur in virtute sua in eternum oculi eius super gentes respiciũt. qui exasperant non exaltẽtur in semetipsis. Benedicite gentes deũ nostrum. ⁊ auditam facite vocẽ laudis eius. Qui posuit animã meã ad vitam. et nõ dedit in cõmotionem pedes meos. Quoniam probasti nos deus. igne nos examinasti sicut examinatur argẽtum. Induxisti nos in laqueum posuisti tribulationes in dorso nostro. imposuisti homines super capita nostra. Transiuimus p ignem et aquã. ⁊ eduxisti nos in refrigeriũ Introibo in domũ tuam in holocaustis. reddã tibi vota mea que distinxerunt labia mea. Et locutum est os meum. in tribulatione mea. Holocausta medullata offeram tibi cum incẽso arietum. offeram tibi boues cum hyrcis. Uenite audite et narrabo omnes qui timetis deum. quãta fecit anime mee. Ad ipsum ore meo clamaui. ⁊ exultaui sub lingua mea. Iniquitatem si aspexi in corde meo. non exaudiet dñs. Propterea exaudiuit deus. et attendit voci depcatiõis mee Bñdictus deus qui non amouit orationem meam. et misericordiam suã a me.

ps

Deus misereatur nostri ⁊ benedicat nobis. illuminet vultum suũ super nos. ⁊ misereatur nostri. Ut cognoscamus in terra viam tuam. in omnibus gentibus salutare tuum. Confiteãtur tibi populi deus. confiteãtur tibi populi omẽs Letentur ⁊ exultent gentes qm̃ iudicas populos in equitate. et gentes in terra dirigis. Confiteãtur tibi populi deus confiteãtur tibi populi omẽs terra dedit fructũ suum. Benedicat nos deus deus noster benedicat nos deus. et metuant eũ omẽs fines terre

Exurgat de⁹ ⁊ dissipẽtur omnes inimici ei⁹. et fugiãt qui oderũt eũ a facie eius. Sicut deficit fumus deficiant sic fluit cera a facie ignis. sic pereant peccatores a facie dei. Et iusti epulentur et exultent in conspectu dei. ⁊ delectentur in leticia. Cantate deo psalmum dicite nomini eius iter facite ei quia ascendit super occasum. dominus nomen illi. Exultate in conspectu eius turbabũtur a facie ei⁹ patris orphanorũ. et iudicis viduarum. Deus in loco sancto suo. deus qui inhabitare facit vnius moris in domo. Qui educit vinctos in fortitudie. similiter eos qui exaspant qui habitant in sepulchris. Deus cum egredieris in conspectu populi tui. cum ptransieris in deserto. Terra mota est etenim celi distillauerunt a facie dei synai. a facie dei israel. Pluuiam volũtariã segregabis deus hereditati tue ⁊ infirmata est. tu vero pfecisti eã. Animalia tua habitabunt in ea. parasti in dulcedine tua pauperi deus. Dñs dabit verbum euãgelisantib⁹. virtute multa. Rex virtutũ dilecti dilecti. et speciei domus diuidere spolia. Si dormiatis inter medios cleros penne colũbe deargentate. ⁊ posteriora dorsi ei⁹ in pallore auri. Cum discernit celestis reges super eam niue dealbabuntur in selmon. mõs dei mõs pinguis. Mons coagulatus mons pinguis. vt quid suspicamini mõtes coagulatos Mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo. etenim dñs habitabit in finem. Currus dei decem milibus multiplex milia letãtium. dñs in eis in synai in sancto. Ascendisti in altũ cepisti captiuitatẽ. accepisti dona in

hominibus. Etenim nõ credentes. inhabitare dñm deum. Benedictus dominus die quotidie. ꝓsperum iter faciet nobis deus salutariũ nostrorum. Deus noster deus saluos faciendi. et dñi dñi exitus mortis. Uerũtamẽ deus confringet capita inimicoꝝ suoꝝ verticem capilli ꝑambulantiũ in delictis suis. Dixit dñs ex basan cõuertam. cõuertam in profundum maris. Ut intingatur pes tuus in sanguine lingua ca[n]ũ tuorũ ex inimicis ab ipo. Uiderũt ingressus tuus deus. ingressus dei mei regis mei qui est in sancto. Preuenerunt principes cõiuncti psallentibus: in medio iuuẽcularum tympanistriaꝝ. In ecclesijs benedicite deo dño: de fontibus israhel. l i beniamin adolescentulus: in mentis excessu. Principes iuda duces eorũ: principes zabulon et principes neptalim. Manda deus virtuti tue: confirma hoc deus qđ operatus es in nobis. A templo tuo qđ est in iherusalez: ibi offerent reges munera. Increpa feras arũdinis congregatio taurorũ in vaccis populoꝝ: vt excludant eos qui ꝓbati sunt argento. Dissipa gentes que bella volunt: venient legati ex egipto. ethiopia ꝑueniet man⁹ ei⁹ deo. Regna terre cantate deo: psallite domino. Psallite deo qui ascendit super celum celi: ad orientem. Ecce dabit voci sue vocem virtutis date gloriam deo sup israel: magnificẽtia ei⁹ et virtus eius in nubibus. Mirabilis deus in sanctis suis de⁹ israel ipse dabit virtutem et fortitudinẽ plebi sue: bñdictus deus. añ In Ecclesiis benedicite dño. ℣ D[.]us vitam meam nũciaui tibi. ℟ Posuisti lacrimas meas in conspectu tuo. ℟ P[.]ratum cor meum deus paratum cor meum cantabo. Et psalmuz dicam domino. ℣ Exurge gloria mea exurge psalterium et cythara exurgã diluculo. Et psal. ℟ Adiutor meus tibi psallam: quia deus susceptor meus es. Deus meus misericordia mea. ℣ Eripe me de inimicis meis deus meus et ab insurgentibus in me libera me. Deus. ℟ Exaudi deus deprecationem meam intende orationi mee. A finib⁹ terre ad te clamaui domine. ℣ Dum anxiaretur cor meum in petra exaltasti me deduxisti me. A finibus. ℣ Fiat misericordia tua. ¶ In laudibus añ Amplius laua me dñe ab iniusticia mea. ps Miserere. añ Te decet hymnus deus in syon. ps Ipsum. añ Labia mea laudabunt te in vita mea deus meus. ps Deus de⁹ me⁹. añ Dominus. ps

Exultauit cor meum in dño: et exaltatum est cornu meuz in deo meo. Dilatatũ est os meum super inimicos meos: quia letata sum in salutari tuo. Non est scus vt est dominus neqz enim est ali⁹ extra te: et non est fortis sicut deus noster. Nolite multiplicare loqui: sublimia gloriantes. Recedant vetera de ore vestro: quia deus sciẽtiaꝝ dñs est et ipi preparãtur cogitatões. Arcus fortium supatus est: et infirmi accincti sunt robore. Repleti prius ꝑ panibus se locauerũt: et famelici saturati sunt. Donec sterilis peperit plurimos: et que multos habebat filios infirmata est. Dominus mortificat et viuificat: deducit ad inferos et reducit. Dñs pauperem facit et ditat: humiliat et subleuat. Suscitans de puluere egenũ: et de stercore erigens pauperem. Ut sedeat cum principibus: et solium glorie teneat. Domini eniz sunt cardines terre: et posuit sup eos orbẽ. Pedes scõꝝ suoꝝ seruabit et impij in tenebris cõticescent: qr nõ in fortitudine sua roborabitur vir. Dñm formidabũt aduersarij eius: et

sup ipsos in celis tonabit. Dominus iudicabit fines terre et dabit imperiū regi suo: et sublimabit cornu xpi sui. añ Dñs iudicabit fines terre. añ Celi celorum laudate deum. ps Laudate do. Capi. Vigilate et orate. Hymnus

Lux et tenebre et nubila confusa mūdi et turbida lux intrat albescit polus xpus venit discedite. Caligo terre scinditur pcussa solis spicule rebus que iam color redit vultu nitentis syderis. Te xpe solum nouimus te mētis pura et simplici flendo et canēdo qsumus intende nostris sensibus. Sunt multa fulcis illita que luce purgentur tua. tu lux eoy syderis vultu sereno illumina. Deo pri. ℣ In matuti. añ De manu omniū qui nos oderunt libera nos domine. ps Benedictus dñs. Sequūtur preces vt sup

Feria quinta ad matu. Inuitatorium ps Venite exul. Hymnus

Nox atra reruz cōtegit terre colores omniū nos confitētes poscimus te iuste iudex cordiū. Ut auferas piacula sordesqz mentis abluas donesqz xpe grām vt arceātur crimina. Mens ecce torpet impia quā culpa mordet noxia obscura gestit tollere et te redemptor querere. Repelle tu caliginē intrinsecus quā maxime vt in beato gaudeat se collocari lumine. Presta pater piissime. añ Domine deus. ps

Saluum me fac deus: qm̄ intrauerūt aque vsqz ad animam meam. Infixus sum in limo profundi: et non est substantia. Ueni in altitudinem maris: et tempestas demersit me. Laboraui clamans rauce facte sunt fauces mee: defecerunt oculi mei dū spero in deum meum. Multiplicati sunt super capillos capitis mei: qui oderunt me gratis. Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniuste que non rapui tunc exoluebam. Deus tu scis insipientiam meam: et delicta mea non sunt abscondita. Non erubescant in me qui expectāt te domine: domine virtutum. Non cōfundantur super me: qui querunt te de⁹ israel. Quoniā ppter te sustinui obprobrium: operuit confusio faciē meam. Extraneus factus sum fratrib⁹ meis: et peregrin⁹ filius matris mee. Quoniam zelus domus tue comedit me: et obprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Et operui in ieiunio animaz meam. et factum est in obprobrium mihi. Et posui vestimētum meum cilicium. et factus sum illis in parabolam. Aduersum me loquebantur qui sedebant in porta. et in me psallebant qui bibebant vinuz. Ego vero oratōnem meam ad te domine. tempus beneplaciti deus. In multitudine misericordie tue exaudi me. in veritate salutis tue. Eripe me de luto vt non infringar. libera me ab his qui oderunt me et de profundis aquarum. Non me demergat tempestas aque neqz absorbeat me profundum. neqz vrgeat super me puteus os suum. Exaudi me domine quoniam benigna est misericordia tua: scdm̄ multitudinem miserationuz tuarum respice in me. Et ne auertas faciem tuam a puero tuo: quoniam tribulor velociter exaudi me. Intende anime mee et libera eam: propter inimicos meos eripe me. Tu scis improperium meum et confusionem meam et reuerentiam meam.

In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me. im properium expectauit cor meum et miseriā. Et sustinui qui simul contristaretur et non fuit. qui consolaretur et non inueni. Et dede-runt in escam meam fel. et in siti mea potauerūt me aceto. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum. et in retributiones et in scandalum. Obscurētur oculi eorum ne videant. et dorsum eorum semper incurua. Effunde super eos iram tuam. et furor ire tue comprehendat eos. Fiat habitatio eorum deserta. et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Quoniam quē tu percussisti persecuti sunt. et sup dolorem vulnerum meorum addiderūt. Appone iniquitatē super iniquitatem eorum. et nō intrent in iusticiam tuā. Deleantur de libro viuētium. et cum iustis nō scribātur. Ego sum pauper et dolens. salus tua deus suscepit me. Laudabo nomen dei cum cantico. et magnificabo eum in laude. Et placebit deo super vitulum nouellum. cornua producentem et vngulas. Videant pauperes et leten-tur. querite deum et viuet anima vestra. Quoniam exaudiuit pauperes dominus. et vinctos suos nō despexit. Laudēt illum celi et terra. mare et omnia reptilia in eis. Quoniam deus saluam faciet syon. et edificabūtur ciuitates iude. Et inhabitabunt ibi. et hereditate acquirent eam. Et semen seruorum eorum possidebit eam. et qui diligūt nomen eius habitabunt in ea. ps

Deus in adiutorium meum intende. dñe ad adiuuādum me festina. Confundantur et reuereātur. qui querūt animā meā. Auertantur retrorsum et erubescāt. qui volūt mihi mala. Auertātur statim erubescentes. qui dicunt mihi euge euge. Exultent et letentur in te omnes qui querunt te. et dicant semp magnificetur dominus. qui diligūt salutare tuū. Ego vero egenus et pauper sum. deus adiuua me. Adiutor meus et liberator meus es tu. dñe ne moreris.

añ Domine deus in adiutorium meum intende. añ Esto mihi. ps

In te domine speraui non cōfundar in eternum. in iusticia tua libera me et eripe me. Inclina ad me aurem tuam. et salua me. Esto mihi in deum protectorem et in locum munitū. vt saluū me facias. Quoniam firmamētum meum. et refugium meū es tu. Deus meus eripe me de manu peccatoris. et de manu contra legem agentis et iniqui. Quoniam tu es patientia mea dñe. domine spes mea a iuuētute mea. In te confirmatus sum ex vtero. de ventre matris mee. tu es protector meus. In te cantatio mea semp tanquam prodigium factus sum multis. et tu adiutor fortis. Repleatur os meū laude vt cantem gloriam tuam. tota die magnitudinē tuam. Ne proiicias me in tempore senectutis. cum defecerit virtus mea ne derelinquas me. Quia dixerūt inimici mei mihi. et qui custodiebāt aiam meam consilium fecerūt in vnum. Dicentes deus dereliquit eum persequimini et comprehendite eū. quia nō est qui eripiat. Deus ne elongeris a me. deus meus in auxilium meum respice. Confundātur et deficiāt detrahentes anime mee. operiantur confusione et pudore qui querūt mala mihi. Ego autem semp sperabo. et adiiciā sup omnem laudem tuam. Os meum annūciabit iusticiam tuā. tota die salutare tuum. Quoniam nō cognoui litteraturā introibo in potētias dñi. dñe memorabor iusticie tue solius. Deus docuisti me a iuuentute mea.

et vsq3 nunc pronnnciabo mirabilia tua. Et vsq3 in senectam τ seniū: deus ne derelinquas me. Donec annūciem brachium tuum: generationi omni q̄ ventura est. Potentiam tuam τ iusticiam tuam vsq3 in altissima: que fecisti magnalia deus quis similis tibi. Quantas ostendisti mihi tribulationes multas et malas τ cōuersus viuificasti me: τ de abyssis terre iterum reduxisti me. Multiplicasti magnificentiam tuam: et cōuersus consolatus es me. Nam et ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuā deus: psallam tibi in cythara sanctus israel. Exultabūt labia mea cum cantauero tibi: τ anima mea quā redemisti. Sed et lingua mea tota die meditabit iusticiam tuam: cum confusi τ reueriti fuerint qui querūt mala mihi. ps.

Deus iudicium tuum regi da: et iusticiam tuam filio regis. Iudicare populum tuum in iusticia: et paupes tuos in iudicio. Suscipiant montes pacem populo: et colles iusticiam. Iudicabit pauperes ppli τ saluos faciet filios pauperum: τ humiliabit calumniatorem. Et permanebit cum sole et ante lunam: in generatione τ generationem. Descendet sicut pluuia in vellus: τ sicut stillicidia stillantia super terram. Orietur in diebus eius iusticia τ habundantia pacis: donec auferatur luna. Et dominabitur a mari vsq3 ad mare: et a flumine vsq3 ad terminos orbis terrarū. Coram illo procident ethiopes: et inimici eius terram lingent. Reges tharsis τ insule munera offerent: reges arabum τ sabba dona adducent. Et adorabunt eum oēs reges: omnes gentes seruient ei. Quia liberauit pauperem a potente: τ pauperem cui non erat adiutor. Parcet pauperi et inopi: et animas pauperū saluas faciet. Ex vsuris τ iniquitate redimet animas eorum: et honorabile nomen eorum coram illo. Et viuet τ dabitur ei de auro arabie et adorabunt eū de ipso semper: tota die benedicent ei. Erit firmamentum in terra in summis montium superextolletur super libanum fructus eius: et florebunt de ciuitate sicut fenum terre. Sit nomen eius benedictum in secula: ante solem permanet nomē eius. Et benedicentur in ipso omnes tribus terre: omnes gentes magnificabunt eum. Benedictus dominus deus israel. qui facit mirabilia solus. Et benedictū nomen maiestatis eius in eternum: et replebitur maiestate eius omnis terra fiat fiat. aā Esto mihi domine in deum protectorem. aā Liberasti. ps

Quam bonus israel deus: his qui recto sunt corde. Mei aūt pene moti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei. Quia zelaui super iniquos: pacem peccatorū vidēs. Quia non est respectus morti eorū: et firmamētum in plaga eorum. In labore hominū non sunt: et cum hominibus non flagellabūtur. Ideo tenuit eos superbia: operti sunt iniquitate τ impietate sua. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum: transierunt in affectum cordis. Cogitauerunt τ locuti sunt nequiciam: iniquitatem in excelso locuti sunt. Posuerunt in celum os suum: et lingua eorum transiuit in terra. Ideo cōuertetur populus meus hic: et dies pleni inueniētur in eis. Et dixerūt quomō scit deus: τ si est sciētia in excelso. Ecce ipi peccatores τ habūdantes in seculo: obtinuerunt diuicias. Et dixi ergo sine causa iustificaui cor meum: τ laui inter

innocentes manus meas. Et fui flagellatus tota die: et castigatio mea in matutinis. Si dicebam narrabo sic: ecce nationem filiorum tuorum reprobaui. Existimabam vt cognoscerem hoc: labor est ante me. Donec intrem in sanctuarium dei: et intelligam in nouissimis eorum. Verumtamen propter dolos posuisti eis: deiecisti eos dum alleuiarentur. Quomodo facti sunt in desolationem: subito defecerunt perierunt propter iniquitatem suam. Velut somnium surgentium domine in ciuitate tua: ymaginem ipsorum ad nihilum rediges. Quia inflammatum est cor meum et renes mei commutati: et ego ad nihilum redactus sum et nesciui. Ut iumentum factus sum apud te: et ego semper tecum. Tenuisti manum dexteram meam et in voluntate tua deduxisti me: et cum gloria suscepisti me. Quid enim mihi est in celo: et a te quid volui super terram. Defecit caro mea et cor meum: deus cordis mei et pars mea deus in eternum. Quia ecce qui elongant se a te peribunt: perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Mihi autem adherere deo bonum est ponere in domino deo spem meam. Ut annunciem omnes predicationes tuas: in portis filie syon. ps

Ut quid deus repulisti in finem: iratus est furor tuus super oues pascue tue. Memor esto congregationis tue: quam possedisti ab inicio. Redemisti virgam hereditatis tue: mons syon in quo habitasti in eo. Leua manus tuas in superbias eorum in finem: quanta malignatus est inimicus in sancto. Et gloriati sunt qui oderunt te: in medio solennitatis tue. Posuerunt signa sua signa et non cognouerunt sicut in exitu super summum. Quasi in silua lignorum securibus exciderunt ianuas eius in idipsum: in securi et ascia deiecerunt eam. Incenderunt igni sanctuarium tuum in terra: polluerunt tabernaculum nominis tui. Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul: quiescere faciamus omnes dies festos dei a terra. Signa nostra non vidimus iam non est propheta: et nos non cognoscet amplius. Usquequo deus improperabit inimicus: irritat aduersarius nomen tuum in finem. Ut quid auertis manum tuam et dexteram tuam: de medio sinu tuo in finem. Deus autem rex noster ante secula: operatus est salutem in medio terre. Tu confirmasti in virtute tua mare: contribulasti capita draconum in aquis. Tu confregisti capita draconis: dedisti eum escam populis ethyopum. Tu dirupisti fontes et torrentes: tu siccasti fluuios ethan. Tuus est dies et tua est nox: tu fabricatus es auroram et solem. Tu fecisti omnes terminos terre: estatem et ver tu plasmasti ea. Memor esto huius inimicus improperauit domino: et populus insipiens incitauit nomen tuum. Ne tradas bestijs animas confitentes tibi: et animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. Respice in testamentum tuum quia repleti sunt qui obscurati sunt terre domibus iniquitatum. Ne auertatur humilis factus confusus: pauper et inops laudabunt nomen tuum. Exurge deus iudica causam tuam: memor esto improperiorum tuorum eorum que ab insipiente sunt tota die. Ne obliuiscaris uoces inimicorum tuorum: superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. an Liberasti virgam hereditatis tue. an Et inuocabimus.

Confitebimur tibi deus: confitebimur et inuocabimus nomen tuum. Narrabimus mirabilia tua: cum accepero tempus ego

iusticias iudicabo. Liquefacta ē terra et omnes qui habitant in ea: ego confirmavi columnas eius. Dixi iniquis nolite inique agere: et delinquētib⁹ nolite exaltare cornu. Nolite extollere in altum cornu vestrum: noli te loqui aduersus deum iniquitatem. Quia neq₃ ab oriente neq₃ ab occidentē neq₃ a desertis montibus: quoniam deus iudex est. Hunc humiliat et hūc exaltat: quia calix in manu domini vini meri plenus mixto. Et inclinauit ex hoc in hoc: verumtamen fex eius nō est exinanita bibent omnes peccatores terre. Ego autem annunciabo in seculum: cantabo deo iacob. Et oīa cornua peccatoꝝ ꝯfringam: ꝛ exaltabuntur cornua iusti.

Notus in iudea deus: in israhel magnū₃ nomen eius. Et factus est in pace locus eius et habitatio eius in syon. Ubi confregit potentias: arcum scutum gladiū₃ et bellum. Illuminans tu mirabiliter a montibus eternis: turbati sunt omnes insipientes corde. Dormierūt somnum suum: et nichil inuenerunt omnes viri diuiciarum in manibus suis. Ab increpatiōe tua deus iacob dormitauerūt qui ascenderūt equos. Tu terribilis es ꝛ quis resistet tibi: extunc ira tua. De celo auditum fecisti iudicium: terra tremuit ꝛ quieuit. Cum exurgeret in iudicio deus: vt saluos faceret omnes mansuetos terre. Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: et reliquie cogitationis diem festum agent tibi. [V]oue te ꝛ reddite domino deo vestro: omnes qui in circuitu eius affertis munera. Terribili ꝛ ei qui aufert spiritum principum: terribili apud reges terre.

aā Et inuocabimus nomen tuum domine. aā Tu es deus.

Uoce mea ad dominū clamaui: voce mea ad dominū ꝛ intendit mihi. In die tribulationis mee deum exquisiui manibus meis nocte contra eum: et nō sum deceptus. Renuit consolari anima mea memor fui dei ꝛ delectatus sum ꝛ exercitatus sum: et defecit spiritus meus. Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus sum et non sum locutus. Cogitaui dies antiquos: et annos eternos in mente habui. Et meditatus sum nocte cum corde meo: et exercitabar ꝛ scopebam spiritū meum. Nunquid in eternū₃ ꝓiciet deus: aut non apponet vt complacicior sit adhuc. Aut in finem misericordiā suā abscidet: a generatione in generationem. Aut obliuiscetur misereri deus: aut continebit in ira sua misericordias suas. Et dixi nunc cepi: hec mutatio dextre excelsi. Memor fui operū₃ domini: quia memor ero ab inicio mirabilium tuorum. Et meditabor in omnibus operibus tuis: et in adinuētionibus tuis exercebor. Deus in scō via tua quis deus magnus sicut de⁹ noster: tu es deus qui facis mirabilia. Notam fecisti in populis virtutem tuam: redemisti in brachio tuo populum tuum filios iacob ꝛ ioseph. Uiderunt te aque deus viderūt te aque et timuerunt: ꝛ turbate sunt abyssi. Multitudo sonitus aquaꝝ: vocem dederūt nubes. Etenim sagitte tue trāseunt: vox tonitrui tui in rota. Illuxerunt choruscationes tue orbi terre: commota est ꝛ contremuit terra. In mari via tua ꝛ semite tue in aquis multis: ꝛ vestigia tua nō cognoscētur. Deduxisti sicut oues populū tuū: in manu moysi ꝛ aaron.

Attendite popule meus legē
meam: inclinate aurem vrām
in verba oris mei. Aperiam in
parabolis os meum: loquar ꝓpositō
nes ab inicio. Quanta audiuimus et
cognouimus ea: ⁊ patres nostri nar
rauerunt nobis. Non sunt occultata
a filijs eorum: in generatione altera
Narrantes laudes dn̄i et virtutes
eius: et mirabilia eius que fecit. Et
suscitauit testimonium in iacob: et le
gem posuit in israel. Quanta māda-
uit patribus nostris nota facere ea fi
lijs suis: vt cognoscat generatio alte
ra. Filij qui nascentur ⁊ exurgent:
enarrabunt filijs suis. Et ponant in
deo spem suam et non obliuiscantur
operum dei: et mandata eius exquirant
Ne fiant sicut patres eorum: genera
tio praua ⁊ exasperans. Generatio q̄
non direxit cor suum: et non est cre-
ditus cum deo spūs eius. Filij effrē
intendentes et mittentes arcum: con
uersi sunt in die belli. Non custodie-
runt testamētum dei: et in lege eius
noluerunt ambulare. Et obliti sūt
benefactorum eius: et mirabilium
eius que ostendit eis. Coram patri-
bus eorum fecit mirabilia in terra egy
pti: in campo thaneos. Interrupit
mare ⁊ perduxit eos: ⁊ statuit aquas
quasi in vtre. Et deduxit eos in nube
diei: ⁊ tota nocte in illumiatōe ignis
Interrupit petram in heremo: ⁊ ad
aquauit eos velut in abysso multa.
Et eduxit aquam de petra: ⁊ deduxit
tanq̄ flumina aquas. Et apposuerūt
adhuc peccare ei: in iram concitaue-
runt excelsum in inaquoso. Et tem-
ptauerunt deum in cordibus suis: vt
peterent escas animabus suis. Et ma
le locuti sunt de deo: dixerūt nūquid
poterit deus parare mensam in deser
to. Quoniam percussit petram ⁊ flu

xerunt aque: et torrentes inundaue-
runt. Nunquid ⁊ panem poterit dare
aut parare mēsam populo suo. Ideo
audiuit dn̄s et distulit et ignis accen
sus est in iacob: et ira dei ascendit in
israel. Quia non crediderunt in deo:
nec sperauerunt in salutari eius. Et
mandauit nubibus desuper: et ianu-
as celi aperuit. Et pluit illis manna
ad manducādum: et panem celi dedit
eis. Panem angelorum manducauit
homo: cibaria misit eis in habūdan-
tia. Transtulit austrum de celo: et in
duxit in virtute sua affricum. Et plu
it super eos sicut puluerem carnis:
et sicut arenam maris volatilia pen-
nata. Et ceciderūt in medio castrorum
eorum circa tabernacula eorum. Et
manducauerūt ⁊ saturati sunt nimis
et desiderium eorum attulit eis: non
sunt fraudati a desiderio suo. Adhuc
esce eorum erant in ore ipsorum: et ira
dei ascendit super eos. Et occidit pin
gues eorum: et electos israel impedi-
uit. In omnibus his peccauerūt ad
huc: et non crediderunt in mirabili-
bus eius. Et defecerunt in vanitate
dies eorum: et anni eorum cū festina
tione. Cum occideret eos querebāt
eum ⁊ reuertebātur: et diluculo ve-
niebant ad eum. Et rememorati sunt
quia deus adiutor est eorum: et deus
excelsus redemptor eorum est. Et di
lexerūt eum in ore suo: et lingua sua
mentiti sunt ei. Cor autem eorū non
erat rectum cum eo: nec fideles ha-
biti sunt in testamēto eius. Ipse aūt
est misericors ⁊ ꝓpicius fiet pecca-
tis eorum: et non disperdet eos. Et ha-
būdauit vt auerteret iram suā: et nō
accendit omnē iram suam. Et recor
datus est quia caro sunt: spūs vadēs
et nō rediens. Quotiens exacerbaue
rūt eum in deserto: in ira cōcitauerūt

enim in magnoso. Et cōuersi sunt et
temptauerūt deum. et scm̄ israel exa-
cerbauerūt. Non sunt recordati ma
nus eius: die qua redemit eos de ma
nu tribulantis. Sicut posuit in egy-
pto signa sua: ꝛ ꝓdigia sua in campo
thaneos. Et cōuertit in sanguinē flu
mina eorum: et ymbres eoꝝ ne bibe-
rent. Misit in eos cynomiam ꝛ come
dit eos: et ranā et disperdidit eos. Et
dedit erugini fructus eoꝝ: et labores
eorum locuste. Et occidit in grandi-
ne vineas eorum: et moros eorum in
pruina. Et tradidit grandini iumen-
ta eorum: et possessionem eoruꝫ igni.
Misit in eos iram indignationis sue:
indignationem ꝛ iram ꝛ tribulatōeꝫ
immissiones per angelos malos. Vi
am fecit semite ire sue et nō pepcit a
morte animarū eorum: ꝛ iumenta eo
rum in morte cōclusit. Et ꝑcussit om
ne primogenitum in terra egypti: pri
micias omnis laboris eoꝝ in taber-
naculis cham. Et abstulit sicut oues
populuꝫ suū: et ꝑduxit eos tanq̄ʒ gre
gem in deserto. Et deduxit eos in spe
et non timuerūt: et inimicos eorum
operuit mare. Et induxit eos in mon
tem sanctificatiōis sue: montem quē
acquisiuit dextera eius. Et eiecit a fa
cie eoꝝ gentes: et sorte diuisit eis ter-
ram in funiculo distributiōis. Et ha
bitare fecit in tabernaculis eorū: tri
bus israel. Et temptauerūt ꝛ exacer
bauerūt deum excelsuꝫ: et testimonia
eius non custodierūt. Et auerterunt
se ꝛ non seruauerunt pactum: quēad
modum patres eorum conuersi sunt
in arcum prauū. In ira concitaue-
runt eum in collibus suis: et in scul-
ptilibus suis ad emulatiōem eum ꝓ
uocauerūt. Audiuit dn̄s et spreuit: ꝛ
ad nihilum redegit valde israel. Et
repulit tabernaculum sylo: taberna-
culum suum vbi habitauit in hominibus. Et tradidit in captiuitatem
virtutem eorum: et pulchritudinem
eorum in manus inimici. Et conclu
sit in gladio populum suum: et here-
ditatem suam spreuit. Iuuenes eorū
comedit ignis: et virgines eorum nō
sunt lamentate. Sacerdotes eoruꝫ in
gladio ceciderūt: et vidue eorum nō
plorabātur. Et excitatus est tanq̄ʒ dor
miens dn̄s: tanq̄ʒ potens crapulatus
a vino. Et percussit inimicos suos
in posteriora: obprobrium sempiter-
num dedit illis. Et repulit taberna-
culum ioseph: et tribum effrem non
elegit. Sed elegit tribum iuda: mon-
tem syon quē dilexit. Et edificauit si
cut vnicornium sanctificium suuꝫ in
terra: quā fundauit in secula. Et ele
git dauid seruum suum ꝛ sustulit eū
de gregibus ouium: de postfetantes
accepit eum. Pascere iacob seruū su
um: et israel hereditatem suā. Et pa
uit eos in innocentia cordis sui: et in
tellectibus manuū suarū deduxit eos
an̄ Tu es deus qui facis mirabilia.
an̄ Propicius esto. ps̄

Deus venerūt gentes in here
ditatem tuam polluerūt tem-
plum sanctum tuum: posuerūt
hierusalem in pomorū custodiā. Po
suerunt morticina seruorum tuoruꝫ
escas volatilibus celi: carnes sancto
rum tuoꝝ bestijs terre. Effuderunt
sanguinem ipsoꝝ tanq̄ʒ aquam in cir-
cuitu hierusalem: et non erat qui se
peliret. Facti sumus obprobrium vi
cinis nr̄is: subsannatio et illusio his
qui in circuitu nr̄o sunt. Vsqʒquo do
mine irasceris in finem: accēdetur ve
lut ignis zelus tuus. Effunde irā tu
am in gentes que te nō nouerūt: ꝛ in
regna que nomen tuū non inuocare
rūt. Quia comederūt iacob: ꝛ locum

eius desolauerũt. Ne memineris ini-
quitatum nrãꝝ antiquaꝝ cito antici
pent nos misericordie tue: quia pau-
peres facti sumꝰ nimis. Adiuua nos
deus salutaris nr̃ et ꝓpter gloriã no
minis tui dñe libera nos: ⁊ propicius
esto peccatis nr̃is ꝓpter nomen tuũ.
Ne forte dicant in gentibus vbi est
deus eoꝝ: ⁊ innotescat in nationibus
coram oculis nostris. Vltio sangui-
nis seruoꝝ tuorum qui effusus est: in
troeat in conspectu tuo gemitus com
peditoꝝ. Scdm magnitudinem bra-
chij tui: posside filios mortificatorũ.
Et redde vicinis nostris septuplum
in sinu eoꝝ: improperiũ ipsoꝝ qđ ex-
ꝓbrauerũt tibi dñe. Nos autez popu
lus tuus ⁊ oues pascue tue: confitebi
mur tibi in seculuz. In generatione
et generationem: annũciabimus lau-
dem tuam. ps

Qui regis israel intẽde: qui de
ducis velut ouem ioseph. Qui
sedes super cherubin: manife
stare coram effraym beniamin ⁊ ma
nasse. Excita potẽtiam tuã ⁊ veni: vt
saluos facias nos. Deus virtutũ cõ
uerte nos: et ostende faciem tuam et
salui erimus. Domine deus virtutũ:
quousqz irasceris super oratõnez ser
ui tui. Cibabis nos pane lacrimarũ:
et potum dabis nobis in lacrimis in
mensura. Posuisti nos in cõtradictio
nem vicinis nostris: et inimici nostri
subsannauerunt nos. Deus virtutuz
conuerte nos: ⁊ ostende faciem tuam
et salui erimus. Vineam de egypto
transtulisti: eiecisti gentes ⁊ plantasti
eam. Dux itineris fuisti in conspectu
eius: et plãtasti radices eius ⁊ imple
uit terram. Operuit montes vmbra
eius: ⁊ arbusta eius cedros dei. Extẽ
dit palmites eius vsqz ad mare: ⁊ vs
qz ad flumen ꝓpagines eiꝰ. Et quid
destruxisti maceriam eius: et vinde-
miant eam omnes qui p̃tergrediũtur
viam. Exterminauit eam aper de sil
ua: ⁊ singularis ferus depastus est eã.
Deus virtutũ conuertere respice de
celo: et vide ⁊ visita vineam istam.
Et ꝑfice eam quã plantauit dextera
tua: ⁊ super filium hominis quẽ con
firmasti tibi. Incensa igni ⁊ suffossa
ab increpatione vultus tui peribunt.
Fiat manus tua sup̲ virum dextere
tue: ⁊ super filium hominis quẽ con
firmasti tibi. Et nõ discedimus a te
viuificabis nos: et nomen tuum in-
uocabimus. Domine deus virtutuz
conuerte nos: et ostende faciem tuaz
et salui erimus.

añ Propicius esto peccatis nostris dñe.
℣ Gaudebunt labia mea. ℟ Dum canta-
tauero tibi. ℟ Deus in te speraui do
mine non confundar in eternum. In tua
iusticia libera me ⁊ eripe me. ℣ Esto mihi
in deum protectorem et in locũ munitum
vt saluum me facias. In tua. ℟ Repleat
os meum laude vt hymnum dicam glorie
tue tota die magnificentia tua noli me pro
icere in tẽpluz senectutis. Cũ defecerit vir
tus mea ne derelinquas me. ℣ Gaudebũt
labia mea dum cantauero tibi et aĩa quam
redemisti dñe. Cũ defecerit. ℟ Gaudebũt
labia mea dũ cantauero tibi. Et aĩa quã re
demisti dñe. ℣ Sed et lingua mea medita
bitur iustitiam tuã tota die laudem tuã. Et
℣ Fiat mĩa tua. In laudibus añ. Red-
de mihi letitiam salutaris tui dñe. ps Mi
serere. añ Domine refugium factus
es nobis ps Ipsum. añ In matutinis me-
ditabor in te. ps Deꝰ deꝰ. añ In eternuz

Cantemus dño gloriose eñi ho
norificatus est: equũ ⁊ ascẽso
rem ꝓiecit in mare. Fortitudo
mea ⁊ laus mea dñs: ⁊ factus est mi
chi in salutẽ. Iste deus meꝰ ⁊ glori-
ficabo eũ deus patris mei: ⁊ exalta

℟ Uidete miraculum mater domini cōcepit virgo virile ignorans conſortium Stans onerata nobili onere maria Et matrez ſe leta cognoſcit que ſe neſcit vxorem. ℣ Caſte parentis viſcera celeſtis intrat gratia venter puelle baiulat ſecreta que non nouerat. Et matrem. Si poſt lxx. reincipitur ℟. loco Te deum. Uel ℟ Gaude maria virgo cunctas hereſes ſola interemiſti que gabrielis archāgeli dictis credidiſti. Dum virgo deum ⁊ hominem genuiſti et poſt partum virgo inuiolata permanſiſti. ℣ Gabrielem archangelum ſcimus diuinitus te eſſe affatum vterum tuum de ſpiritu ſancto credim⁹ impregnatum. erubeſcat iudeus infelix qui dicit xpm̄ ex ioſeph ſemine eſſe natum Dum virgo. ps̄ Te deum. ℣ Uerbuz caro. ¶ In laudibus aū O admirabile ſola. Cap̄. Populus gentium. Hymnus A ſolis. ℣ Benedictus qui venit in nomine. quere in natiuitate domini. aū Uirgo verbo concepit virgo pmanſit virgo peperit regem omnīū regum. ps̄ Benedictus. aū Uirgo dei genitrix quē totus non capit orbis in tua ſe clauſit viſcera fact⁹ homo vera fides geniti purgauit crimina mundi et tibi virginitas inuiolata manet alleluia. ps̄ Benedictus. Oratio Deus qui ſalutis. Memoria ſi decet. ¶ Ad primam aū. O admirabile ⁊c. quere in circūciſione. Ad terciam aū Quādo natus es. ps̄ Legem pone. Capitulum Populus gētium. ℟ Uerbū caro in natiuitate dn̄i Oratio Deus qui ſalutis. Ad ſextā aū Rubum. Capi. Apparuit benignitas. ℟ Notum fecit. Oratio vt ſupra.

Ad nonam aū Germinauit. Capitulū Apparuit gratia. ℟ Benedictus qui venit. oratio vt ſupra ¶ Regula. Si ſeptuageſima ante purificationem euenerit ad veſperos fit vt dictum eſt tacito alleluia. Et ad completorium dicitur ſuper nunc dimittis aū. Sub tuum. ¶ Ad matuti. Inuitatorium Aue virgo virginum quere poſt. et cetera vt ſupra tacito alleluia. Et ad horas dicūtur ℟. Diffuſa eſt cum aliis. Capitulum Populus gentium. cum aliis. Oratio Deus qui ſalutis.

Ab octaua purificationis vſq; ad quadrageſimam et a paſcha vſq; ad aduentū domini ita fit ad veſperos ſuper ps̄. aū. Uirgo prudentiſſima quo progrederis quaſi aurora valde rutilans filia ſyon tota formoſa ⁊ ſuauis es pulchra vt luna electa vt ſol. ps̄ ps̄. diei de die. Capitulum Beata es maria. Hymnus Aue maris ſtella. ℣ Poſt partum virgo inuiolata permanſiſti Super magnificat dicuntur iſte aū. que ſequūtur. aū

Alma redemptoris mater que p via celi porta manens ⁊ ſtella maris ſuccurre cadēti ſurgere qui curat populo tu q̄ genuiſti natura mirāte tuū ſcm̄ genitorē virgo pri⁹ ac poſteri⁹ gabriel' ab ore ſumens illud aue peccatorum miſerere. ps̄ Magnificat. aū

Aue regina celorum aue domina angelorum ſalue radix ſancta ex qua mundo lux eſt orta gaude glorioſa ſuper omnes ſpecioſa vale valde decora et pro nobis ſemper chriſtum exora. ps̄ Magnificat. aū

Anima mea liquefacta eſt qua dilectus locutus eſt queſiui et non inueni illuz vocaui et non reſpondit mihi inuenerūt me cuſtodes ciuitatis percuſſeruut me ⁊ vulneraucrunt me tulerunt pallium meū cuſtodes murorum filie iheruſalem nun-

ciate dilecto quia amore langueo. ps
Magnificat. añ

Tota pulchra es amica mea et macula nō est in te fauus distillans labia tua mel et lac sub lingua tua odor vnguentorum tuorū super omnia aromata iam enī hyems transiit ymber abiit ꝛ recessit flores apparuerunt vinee florētes odorē dederunt et vox turturis audita est in terra nostra surge propera amica mea veni de libano veni coronaberis. ps Magnificat. añ

Descendi in ortum nucum vt viderem poma cōuallium et inspicerem si floruissent vinee et germinassent mala punica reuertere reuertere sunamitis reuertere reuertere vt intueamur te alleluia. ps Magnificat. Oratio

Famulorum tuorū quesum⁹ domine delictis ignosce vt qui tibi placere de actib⁹ nostris non valemus genitricis filij tui domini dei nostri intercessiōe saluemur Per eūdem dn̄m nostrum.

Memoria si decet. Ad completorium super nunc dimittis añ Sub tuum ꝛc.

Ad matuti. Inuitatorium Aue virgo virginum maria dei genitrix Benedicta tu in mulieribus. ps Venite exultemus Hymnus Aue maris stella mater añ Benedicta tu sola super psalmos. ps Domine dominus noster cū ad. cū aliis. ℣ Diffusa est gratia. Benedictus Alma virgo cum aliis vt supra.

Incipiūt cantica canticorū

Ad honorē matris ꝛ filij cantica canticorum expositurus ego sensu pauper et modicus imploro matris auxilium et beneficium filij peto vt que verbum eternum genuit in tempore in verbi laudibus verbum impetret et verbū patris humanatum in virgine in matris preconijs suggerat verbū Igitur cum canticum dicatur mentis exultatio canticum istud pro excellentia personarum ad se inuicem exultātium in eodem canticum canticorum merito nominatur. Continet enī hoc canticum matris et filij beate scilicꝫ virginis et domini ihesu christi applausum iocundum et mutuum. hic enim applaudit mater filio. hic fili⁹ iocundatur in matre. hic matris priuilegia describit filius. hic excellentiam filij describit et mater. Loquūtur autem in hoc cantico quatuor personE. videlicꝫ mater et filius et angeli qui assistūt filio vt domino. et adolescētule que tanquā sue domine assistunt virgini sicut sequens scripture series declarabit.

Situr in principio huius cantici mater loquēs introducitur petens spiritussancti gratiam coniunctionem diuine nature ad humanam dicens Osculetur me osculo oris sui Tacet autem suppositum verbi siue nominatiuū tanquā certum et impressum menti sue et subintelligitur deus pater Os autem patris dicitur filius quia sicut ipse patris dicitur brachium pro eo qd per eum cuncta operatur pater. ita etiā os ei⁹ dicitur quia per ipsum nobis loquitur pater. et spirat illum sonum de quo scriptum est Factus est repente de celo sonus. sicut dicit beatus gregorius super illum locum iob. Audi et cor meum auditionem in terrore vocis eius et sonum de ore eius procedentem. Verum in osculatione nota tātur plurima. Nam psona que osculatur aliam spiritum suum spirat ad

illam et in hoc intellectu accipitur hoc verbū osculetur Habetur quo qꝫ in osculo dulcis ⁊ delectabilis duorum cōiunctio signum quoqꝫ dilectionis reconciliatiōis ⁊ pacis ⁊ hec omnia in oris osculo cōnotātur. Dicit ergo beata virgo Osculetur me deus pater suum ad me spirando spiritum quā petitōnez implendam pro misit angelus dicens Spiritussanct⁹ superueniet in te ac si diceret Desuper a patre luminū in te veniet spiritussanctus et sic fit in osculo suuꝫ ad te spiritum spirabit pater. Dicit ergo beata virgo Osculetur me deus pater osculo oris sui id est in osculo filij sui osculantis humanam naturā in quo osculo habetur dulcis vnio et delectabilis coniunctio duaruꝫ naturarum in christo signum dilectionis dei ad hominem pax quoqꝫ ⁊ reconciliatio dei et hominis Et sicut in hac petitione sua beata virgo cuꝫ osculo patris ad se ipsam coniunxit osculum filij ad humanam naturam sic angelus cum dixisset ad virginem spiritussanctus superueniet in te in quo verbo patris ad virginem osculuꝫ designauit vt cum hoc osculo cōnecteret osculum filij ad humanam naturam statim subiunxit Et virt⁹ altissimi obumbrabit tibi Ac si diceret Tibi.id est ad honorem tuum vt te matris dei honoret nomine virt⁹ altissimi dei patris scilicꝫ filius Qui virtus patris dicitur ⁊ brachium. Ipse nāqꝫ obumbrabit.id est obumbraculum faciet Nam de carne virginis carnem assumendo diuine nature fecit obumbraculum. Et sub vmbra carnis splendorem diuinitatis obterit. Sequitur Quia meliora sunt vbera tua vino fragrantia vnguentis optimis Oleo effusuꝫ nomen tuum ideo adolescentule dilexerunt te nimis. In hac verboꝝ serie sub hac dictione quia.tres colliguntur clausule quibus tres cause redduntur ꝑpter quas ab adolescētulis beata virgo plurimum diligatur Et hee due dictiones quia et ideo sese respiciunt Possunt autē esse verba filij ad matrem possunt esse verba angelorum ad virginem qui videntes adolescentulas assistentes virgini dicunt ad eam Ideo iste adolescentule dilexerunt te nimis id est plurimum Quia meliora sunt vbera tua vino quia vbera tua fragrantia sunt vnguētis optimis quia oleum effusum est nomen tuum Adolescentule vero dicūtur fideles anime nouelle ꝑ gratiam non vetule per culpam non senio steriles sed donis fecunde spiritualib⁹ fortes non vt anus debiles.non curue nec statuentes oculos suos declinare in terram sed per celeste desiderium recte et ad celos erecte. Anime iste pie deuotiōis obsequio beate virgini semper assistunt diligentes eam et diligentes in ea has dilectiōis causas potissimas Videlicet quia meliora sunt vbera eius vino Melioris eniꝫ potentioris ⁊ vtilioris efficacie sunt vbera beate virginis quā vinuꝫ Nam vinum inebriare potest hominem vt preteritarum sit immemor offensarum et sit facilis ad condonandum et largus ad donandum Vbera beate virginis deum quasi inebriare potuerunt Nam postquaꝫ de matris vberibus lac bibit ac si cum lactis dulcedine dulcedinez potasset misericordie proiecit ab oculis suis peccata nostra post tergum Et factus est largus ad dandam veniam pecca

torum largus ad dandam gratiam et
operum iusticiam Ideo quoqȝ bea
tam virginem diligunt iuuencule. qꝛ
eius vbera fragrantia sunt vnguētis
optimis Nam in vberibus eius fra
grat odor sugentis vbera Qui de
libutus vnguentis optimis cum ple
nitudine carismatū et medicinalium
gratiarum venit ad sponsam lepro-
sam ecclesiam scilicȝ vel animam pec
catricem vt eam ab omni lepra sana
ret quam sacro sibi coniugio copula
ret. Ideo quoqȝ ab adolescentulis
beata virgo merito diligitur quia o-
leum effusum est nomen suum. Nam
sicut oleum omēm liquorem superna
tat sic nomen eius et inuocatio nomi
nis eius omnium sanctorum nomina
et inuocationes nominum superex-
cellit ⁊ superat in efficatia subuentio
nis et obtentu diuine gratie et demo
num fuga. ¶ Sequitur Trahe me
post te Et pertinet hoc verbum ad
assumptionem beate virginis Et di
rigit beata virgo sermonemꝫ ad filiū
dicens Trahe me post te Ac si di-
cat Tu assumptus ad patris dexte-
ram assume matrem tuam ad gloriā
Et bene dicit Trahe me post te vt
in verbo trahendi significet qđ gra-
cia quasi per violentiam rectificat li
berum arbitrium Nam corpus qđ
corrumpitur aggrauat animam ⁊ de
primit terrena habitatio sensum mul
ta cogitantem. Audientes autem iu
uencule assumptionē domine sue sub
ijciunt Curremus in odorez vnguē
torum tuorum. Curremus veloces.
sequendi desiderio. curremus fortes
in fide. curremus tanquā lenes ⁊ agi
les. sicut dicit apostolus ad hebreos
Deponentes omne pondus et circū-
stans nos peccatum per patientiam
curramus ad ꝓpositum nobis certa
men respicientes in auctorem fidei ⁊
consūmatorez ihesum qui proposito
sibi gaudio sustinuit crucem confusi-
one contempta. Curremus inquā in
odore vnguētorum tuorum. Vnguē
ta autem beate virginis sunt confe
ctiones spiritualium carismatum et
congeste in ipsa virtutum pinguedi-
nes que ipam quasi sua substantia lo
cupletant ⁊ nos delectant fragrantia
et odoris delectatione ad cursum bo
ni operis nos inuitant Assumpta ve
ro ad ethereum thalamum beata vir
go et assecuta quod petijt subdit In
troduxit me rex in cellaria sua in cel
laria celestia vt de potioribus bonis
suis me reficiat Videntes autem eā
angeli qui assistunt filio exaltatā su
per choros angelorum ad celestia re
gna et exultantes de ipsius exaltatiōe
subiungunt. Et nos exultabimꝰ qua
si quodam gestu nostrum imprimen-
tes gaudiuȝ ⁊ mente letabimur in te
Quia vero prius dixerant angeli ad
beatam virginem ideo adolescentule
dilexerunt te quia meliora sunt vbe-
ra tua vino ne in sanctis animabus
quas adolescētulas vocabant nomē
feminini generis aliquid infirmitatis
innueret eandem sententiam replicant
et easdem animas quas vocauerant
adolescentulas rectos vocant quasi
viriles non effeminatos rectos non
senectute viciosa curuatos et dicunt
Recti diligunt te memores vberum
tuorum super vinum Ac si dicant.
Ideo te diligunt quia in memoria
sua fixum gerunt quia meliora sunt
vbera tua super vinū sicut in pmissis
est expositū Sequitur Nigra suȝ sed

formosa filie iherusalem sicut taber-
nacula cedar sicut pelles salomonis.
Nolite considerare qđ fusca sum qꝛ
decolorauit me sol. Jore prophe-
cie procedit hoc canticum. nā subito
mutat personas ⁊ subito mutat tp̄a
Locuta enim erat paulo ante beata
virgo de gaudio assumptionis sue et
de eodem locuti erant angeli. nūc be-
ata virgo loquitur de dolore quē ha-
buit tempore passionis filij sui ⁊ cō-
uertit sermonem ad adolescētulas di-
cens Nigra sum. animi merore con-
fecta. vel sic Nigra sum. despecta ob-
fuscata. obscurata decolorata. quia
decolorauit me sol moriens discolo-
rem me fecit sol obscuratus ⁊ obfu-
scatus De qua solis obfuscatione di-
cit ysaias loquens de christi passiōe.
Non est species neqꝫ decor. et vidi-
mus eum ⁊ nō erat aspectus Despe-
ctum et nouissimum virorum. viruꝫ
dolorum et scientem infirmitatem.
Et quasi absconditus est vultus eiꝰ
et despectus. vnde nec reputauimus
eum. In passione enīꝫ in christo nō
apparuit species vel decor maiesta-
tis. sed quasi leprosus ob similitudi-
nem carnis peccati reputatꝰ est. Vn-
de ysaias Et putauimus eum quasi
leprosum. Absconditus fuit enim in
eo vultus diuine potentie et aparuit
in doloribus infirmitas humane na-
ture. Vnde ⁊ habitus est despectus.
nec reputatus est dei filius. Ipso igi-
tur sic despecto despecta est ⁊ mater.
Ipso sic obfuscato obfuscata est et
mater. nec dei genitrix reputata est.
Dicit ergo Nigra sum in opinione
hominum infidelium sed in veritate
formosa sum Nigra sum in apparē-
tia et despecta tanquaꝫ mater lepro-
si. sed formosa sum in veritatis existē-
tia et tanquaꝫ vere dei genitrix glori-
osa Nigra sum sicut tabernacula ce-
dar quia non reputor tabernaculuꝫ
regis iusticie sed sicut cetere matres
quarum ventres tabernacula sunt fi-
liorum meroris ⁊ tenebrarum sic re-
putata sum inter tabernacula cedar.
qđ interpretatur tenebre vel meror.
Verūtamen ego formosa sum sicut
pelles salomonis. sicut pelles dedica-
te vero salomoni. christo vero paci-
fico. Nam sicut ille pelles intra se ar-
cham typicam continuerūt sic ego in-
tra viscera mea veram archam con-
tinui christum videlicꝫ cuius caro si-
gnificatur per archam cuius anima
designatur per vrnam auream que e-
rat in archa. Et deitas designatur in
manna Et sicut pelles totum prote-
gebant tabernaculum sic sub vmbra
defensionis mee protego totam eccle-
siam Ego quidem similis pelli rubri-
cate quia per compassionem doloris
tincta sum in passione filij. Similis
quoqꝫ pelli iacinctine contemplatio-
ne celestium ⁊ amore Nolite ergo o
filie iherusalem considerare qđ fusca
sum sed considerate qđ formosa sum
Nam ideo fusca sum quia decolora-
uit me sol. cui in passione sua non fu-
it species neqꝫ decor Recipiet autē
speciem ⁊ decorem. et ego cum ipso
similiter recipiam. nam per gloriam
resurrectionis credetur ipse deus cre-
dar ⁊ ego genitrix dei. De hac auteꝫ
obfuscatione beate virginis in opini-
one iudeorum infidelium subdit ipsa
Filij matris mee scilicꝫ synagoge pu-
gnauerūt contra me negātes me ma-
trem dei. et filiuꝫ meum negantes de-
um. et quia repulerunt opem meam
et opam relicta eoꝝ ꝑfidia trāsiui ad
custodiā gētiū fidelīū hoc ē ꝙ sequit

Posuerunt me custodem in vineis gentium Vineam meam de qua nata sum scilicet synagogam propter suaz infidelitatem nó custodiui Quia vero beata virgo custodé se dixerat vinearuz vt sciat quis palmes sit in vite et quis extra vitem indicari sibi petit a filio de ouibus. que sint in grege domini. que sint extra gregem ne tanq incerta vagetur et dubia quibus suas impendit opas. Dicit ergo Indica mihi qué diligit anima mea vbi pascis. vbi cubas in meridie ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum. ac si dicat. O fili mi qué affectu spéali diligit anima mea. indica mihi in meridie hoc est in pleno lumine. et manifesta cognitione. vbi pascis. hoc est vbi pastoris imples officium. et vbi cubas. hoc est vbi accubare oues facis. sicut tu dicis p ezechielem Ego pasco oues meas. et ego accubare eas faciam Et de pastoris officio qd exercet. subdit. Qd perierat requiram. qd abiectum erat reducam. qd confractum erat alligabo. et qd infirmu erat consolidabo. et qd forte et pingue custodiam Vel sic Indica mihi vbi pascis. vbi videlicz tu cibas populum tuum pane vite et intellectus. et potas aqua sapientie salutaris. qd totum fit in ecclesia fidelium Indica michi vbi cubes. hoc est in quoru métibus requiescas quia vulpes foueas habent et volucres celi nidos. filius autez hominis vix habet vbi caput reclinet. Hec autez omnia ideo tam sollicite requiro. ne eorum cognitione et discretiõe non habita. ego tanq dubia. tanq incerta. quibus sollicitudinez materne custodie debeam impendere. incipiaz vagari et opas meas expendere post vagos greges non tuos sed sodaliuz tuorum. sodales autem xpi dicit hereticos qui de grege xpi oues furantur et eas vagas et erroneas per errores deducunt et deuia.

℟ Sancta et immaculata. ℣ Beata es maria. quere supra ℟ Felix náqz es quere in assumptione. ps Te deum. ℣ Ora p nobis. In laudi. añ O admirabile sola. Cap. In omnibus requié Hymnus O q gloriosa. quere in assumptione. ℣ Benedicta tu añ Fons ortorum. quere in natiuitate. ps Benedictus. Vel alia Beata dei genitrix quere in assumptione. ps Benedictus Oratio Famulorum. Sequitur memoria si decet. ¶ Ad horas añ. laud. in ordine quere in circúcisione. ¶ Ad terciam cap. Paradisi porta. cum aliis. ℟ Post partum cum alleluia. Si ante septuagesimá. Si post Diffusa cum aliis absqz alleluia. Ad vltimos vesp. añ Beata mater sola. sup psal. diei. Cap. Beata es virgo. Hymnus Aue maris. ℣ Post partum. añ Ortus conclusus. ps Magnificat. Oratio Famulorum. Ordo in cõmemoratiõe beati firmini epi et martiris. ad vesp. ps. sup ps. diei añ. sola. Sanctus firminus. prima de laudi. capitulum Beatus vir. Hymnus Martir dei. ℣ Iustus vt palma. añ sup Magnificat Venerãda est cõmemoratõ Vel Memento nostri. Oratio Infirmitatem nostram. Sequitur memoria si decet. Ad completo. añ. sup nũc dimittis. Lucem. Ad matu. Inuitato. Adoremus saluatoris. ps Venite. Hymnus Deus tuorum. añ. sola sup ix. ps. vnius martiris. añ Inclitus. prima de noctur. ℣ Scuto bone. Sequũtur tres lectiões de tempore. ℟ Vir iste. ℣ Erat enim. ℟ Post dñi. ps Te deum. ℣ Ora p. nobis. In laudi. añ. sola Sanctus firminus ps Dñs re. cum aliis. Capitulum Beatus vir. Hymnus Martir. ℣ Iustus

vt palma. añ super benedictus Insigni
bus. Uelegregie. Oratio vt supra.
Memoria si decet. Ad primã hymnus
Iam lucis. añ Sanctus firminus.
Ad terciam hymnus Nũc sancte. añ
Erat enim. ps Legem. cum aliis. cap.
Beatus vir. R Gloria et honore. cum
alleluia. Oratio Infirmitatem. Ad
sextam hymnus Rector. añ Lũqz diu.
ps Defecit. Capitulum Iste sanctus
R Posuisti. Oratio vt supra. Ad no-
nam hymnus Rerum deus. añ Quẽ
tandem. ps Mirabilia. Capitulũ Hic
est vir. R Iustus vt. Oratio vt supra.
Ad vesp. vltimos añ. sup ps diei. Qui põ
tifex. Capitulum Beatus vir. hymn⁹
Martir dei. V Iustus vt. añ Sancte
m'tir. vel Sancte firmine. ps Magni
ficat. Oratio vt supra. Memo. de quo
in crastino fient hore. Ad completo.
vt supra. Regula. Quando autem inter
pascha et asceñ. fit de scõ firmino marti
re omnia fiunt sicut in ipso tempe fit de
vno martire cum oratione Infirmita
tem. Et in V. ante laudes dicitur Ora p
no. Et nota q de predicta cõmemora-
tione fiunt solũmodo hore semel scz in fe
ria tercia aut quinta dum tñ in feriis se-
quẽtibus possent fieri hore de beata vir-
gine maria, quia si de beata virgine ma
ria hore fiant in feria tercia de predicta
cõmemoratione in feriis sequentibus nõ
fiunt hore.

Domine labia mea aperies. Et os meum annunciabit laudem tuam. Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuvandum me festina. Gloria patri. Sicut erat. Alleluia.

Patris sapientia veritas divina deus homo captus est hora matutina a notis discipulis cito derelictus a iudeis traditus venditus et afflictus. V. Adoramus te christe et benedicimus tibi quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum.

Domine ihesu christe fili dei vivi pone passionem crucem et mortem tuam inter iudicium tuum et animam meam nunc et in hora mortis mee et largiri digneris vivis misericordiam et graciam defunctis requiem et veniam ecclesie tue sancte pacem et concordiam et nobis peccatoribus vitam et leticiam sempiternam. Qui vivis.

Deus in adiutorium.

Hora prima ductus est ihesus ad pilatum falsis testimoniis accusatur multum In collo percuciunt

domicz

manibus ligatum vultum dei conspuunt lumine aflictatum. V. Adoramus te christe. oratio

Domine ihesu christe.

Deus in adiutorium.

Crucifige clamitant hora tertiarum illusus induitur veste purpurarum. Caput eius pungitur corona spinarum crucem portat humeris ad locum penarum. V. Adoramus te christe.

Domine ihesu christe. oremus

Hora sexta dominus ihesus est cruci clavatus. Et est cum latronibus pendens deputatus. Pre tormentis sitiens felle saturatus. Agnus crimen diluit sic ludificatus. V. Adoramus te christe.

Domine ihesu christe. oremus

Deus in adiutorium.

Hora nona dominus ihesus expiravit heli clamans animam patri commendavit. Latus eius lancea miles perforavit terra tremuit et sol obscuravit. V. Adoramus te christe. oratio

Domine ihesu christe. ut supra

Deus in adiutorium.

De cruce deponitur hora vespertina fortitudo latuit in mente divina. Talem mortem subiit vite medicina. Heu corona glorie iacuit supina. V. Adoramus te christe. oratio

Domine ihesu christe.


Deus in adiutorium.

Hora completorii datur sepulture corpus christi nobile spes vite future. Conditur aromate complentur scripture. Iugis sit memoria mors hec michi cure. V. Adoramus te christe. oremus

Domine ihesu christe.

Has horas canonicas cum devotione tibi christe recolo pia ratione ut sicut pro me passus es penas in agone sim in penis particeps corone. Amen.

Per manus aut apostolorum fiebant signa et
[illegible] multa in plebe



Sabbato septuagesime ad vesperos aň. Alleluia all'a all'a. ps Bñd. Aň. Alleluia all'a all'a. ps Exaltabo te. aň All'a all'a all'a. ps. Lauda aia. aň. All'a. ps Laud. d. aň. All'a all'a ps. Lauda hierusalem. Capitulum.

Nescitis q hi qui in stadio currunt omnes quidē currūt sed vnus accipit brauium sic currite vt comprehendatis. Deo gratias. Hymnus.

Alleluia dulce carmen vox perhennis gaudij all'a. laus suauis est choris celestibus quā canūt dei manētes in domo per secula. Alleluia leta mater cōcinis hierusalem all'a vox tuorum ciuiū gaudentium exules nos flere cogūt babilonis flumina. Alleluia nō meremur nunc perhenne psallere all'a nos reatus cogit intermittere tēpus instat quo peracta lugeamus crimina. Unde laudando precamur te beata trinitas vt tuū nobis videre pasca des in ethere quo tibi lete canamus all'a perpetim Amen. V. Vespertina oratio. aň. tota aň Hymnum cantate nobis all'a de canticis syon all'a quomodo cantabimus canticum dñi in terra aliena all'a septuaginta annis super flumina babilonis sedimus et fleuimus dum recordaremur syon all'a ibi suspēdimus organa nostra all'a all'a. ps Magnificat. Oratio.

Preces populi tui quesumus dñe clemēter exaudi vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur pro tui nomis gloria misericorditer liberemur. Per dñm. Ad completoriū non dicitur all'a. sed laus tibi domine rex eterne glorie. aň. sup Nūc dimittis. Salua nos 7c. Inuitatorium Preocupemus faciem dñi. Et in psalmis iubilemus ei. ps. Venite exultemus. Hymnus. Primo dierū omnium. In secūdo nocturno Aň. Pro fidei meritis cum aliis. quere in psalterio. Incipit liber besith. i. genesis

In principio creauit deus celum et terram. terra aut erat inanis et vacua. et tenebre erant super faciem abissi. et sps domini ferebatur super aquas. dixitq3 deus fiat lux et facta est lux. et vidit deus lucem q esset bona. et diuisit deus lucem a tenebris. appellauitq3 lucem diem et tenebras noctem. factūq3 est vespere et mane dies vnus. Lu. R. In principio fecit deus celū et terraz et creauit in ea hominem ad ymaginem 7 similitudinem suam. V. Formauit igit dominus hominem de limo terre et inspirauit in faciem eius spiraculū vite. Ad ymaginem et. Lectio. ii.

Dixit quoq3 deus. fiat firmamentum in medio aquarum et diuidat aquas ab aqs. et fecit deus firmamentum. diuisitq3 aqs que erāt sub firmamento ab his que erant super firmamētum. et factū est ita. vocauitq3 deus firmamētuz celū Et factum est vespe et mane dies secundus Tu autem domine miserere. R. In principio deus creauit celuz 7 terram et sps dñi fereba ur super aquas. Et vidit deus cūcta que fecerat et erāt valde bona. V. Igitur pfecti sunt celi et terra et omnis ornatus eoz. Et vidit. Lectio. iii.

Dixit vero deus. congregent aque sub celo sunt in locum vnū et appareat arida. factū q3 est ita. et vocauit deus aridā terrā congregationesq3 aquarum appellauit maria. et vidit deus q esset bonū et ait. germinet terra herbam virentem et facientem semen. et lignuz pomiferuz faciens fructum iuxta genus suum. cuius semen in semetipso sit super terrā. Et factum est ita. et protulit terra herbam virentez et ferentez semen iuxta genus suum. lignumq3

faciens fructum ⁊ habens vnūquodqꝫ
semen secundum speciēz suam. et vi-
dit deus ꝙ esset bonum. factumqꝫ
est vespere et mane dies tercius Tu.
℟. Formauit igitur dn̄s hominē de limo
terre et inspirauit in faciem eius spiraculū
vite. Et factus est homo in animam viuen
tem. ℣. In principio fecit deus celum et
terram et creauit in ea hominē. Et. L. iiii
DIxit autem deus fiant lumi
naria in firmamento celi ⁊ di
uidant diem et noctem et sint
in signa et tēpora. et dies et annos. et
luceant in firmamento celi. et illumī
nēt terram. Et factum est ita. fecitqꝫ
deus duo luminaria magna. lumina-
re maius vt preesset diei. et luminare
minus vt preesset nocti. et stellas. et
posuit eas in firmamento celi vt lu-
cerent super terram vt preessent diei
et nocti. et diuiderent lucem ac tene-
bras. et vidit deus ꝙ esset bonum. et
factuz est vespere et mane dies quar
tus. ℟. Tulit ergo dominus hominem
et posuit eum in paradiso voluptatis. Ut
operaretur et custodiret illum. ℣. Planta-
uerat autem dn̄s deus paradisum volupta
tis a principio In quo posuit hominem
quē formauerat. Ut operet. L. quinta.
DIxit etiam deus. producant
aque reptile aīe viuentis. et
volatile super terraz sub fir
mamento celi creauitqꝫ deꝰ cete grā
dia et omnem animam viuentē atqꝫ
motabilē quā produxerāt aque in spe-
cies suas. et omne volatile scd̄m ge-
nus suū. et vidit deus ꝙ esset bonum
bn̄dixitqꝫ eis dicens. Crescite et mul
tiplicamini ⁊ replete aq̄s maris aues
qꝫ multiplicentur super terrā. et fa-
ctuz est vespe et mane dies quintus.
℟. Dixit dn̄s deus non est bonuz esse ho-
minem solum. Faciamus ei adiutoriū si-
mile sibi. ℣. Ade vero non inueniebatur
adiutor similis eius dixit vero deus. Faci-
amus ei adiutorium. Lectio sexta.
DIxit quoqꝫ deus. producat
terra aīam viuentez in gene
re suo. iumenta et reptilia et
bestias terre scd̄m species suas. factū
qꝫ est ita. fecit quoqꝫ deꝰ bestias ter
re iuxta spēs suas. et iumēta et omne
reptile terre in genere suo. Et vidit
deus ꝙ esset bonuz et ait. Faciamus
hominez ad ymaginem et similitudi-
nem nostram. et presit piscibus maris
et volatilibus celi et bestijs terre et
vniuerse creature omniqꝫ reptili quod
mouetur in terra. et creauit deus ho
minem ad ymaginē et similitudinē su
am. ad ymaginem dei creauit illū. ma
sculū et feminā creauit eos. bn̄dixit-
qꝫ illis deus et ait. Crescite et multi
plicamini ⁊ replete t'raz ⁊ subijcite eā
⁊ dn̄amini piscibus maris et volatili
bus celi et vniuersis aīantibus q̄ sūt
sup terram. Dixitqꝫ deus. ecce dedi
vobis omnem herbam afferētem se
men super terram et vniuersa ligna
que habent in semetipsis sementē ge-
neris sui. vt sint vobis in escaz et cū
ctis aīantibus terre. oīqꝫ volucri ce-
li et vniuersis que mouētur in terra.
et in quibꝰ est aīa viuēs. vt habeant
ad vescendum. et factū est ita. Vi-
ditqꝫ deus cuncta que fecerat ⁊ erāt
valde bona. Et factum est vespere ⁊
mane dies sextus. Tu autem domi.
℟. Immisit dn̄s soporem in adam et tu-
lit vnam de costis eius et edificat costam
quam tulerat dn̄s de adam in mulierem et
adduxit eam ad adam vt videret quid vo
caret eam. Et vocauit nomen eius virago
quia de viro sumpta est. ℣. Hoc nunc os
et ossibus meis et caro de carne mea. Et
vocauit nomen. Scd̄m Matheum
IN illo tempore. Dixit ihesꝰ
discipulis suis parabolā hāc

Simile est regnum celorum homini patrifamilias qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suaz Et reliqua Ome. bti gre. psi. de ea. lec.

In explanatione sua multa ad loquendum sancti euangelij lectio postulat. quam volo si possum sub breuitate perstringere. ne vos extensa processio vel prolixa expositio videat onerare. Regnum celorum patrifamilias simile dicitur qui ad excolendam vineam suam operarios conduxit.

R. Dum deambularet dominus in paradiso ad auram post meridiem clamauit et dixit adam vbi es audiui domine vocem tuam Et abscondi me. V. Domine audiui auditum tuum et timui eo quod nudus essem. Et abscondi. Lec. viii.

Quis vero patrisfamilias similitudinem rectius tenet quam conditor noster qui regit quos condidit et electos suos sic in hoc mundo possidet quasi subiectos dominus in domo Qui habet vineam vniuersam scz ecclesiam que ab abel iusto vsqz ad vltimum electum qui in fine mundi nascitur quot sanctos protulit quasi tot palmites emisit. Tu autem.

R. In sudore vultus tui vesceris pane tuo dixit dominus ad adam cum operatus fueris terram. Non dabit fructus suos sed spinas et tribulos germinabit tibi. V. Pro eo quod obedisti voci vxoris tue plusquam mee maledicta terra in opere tuo. Non dabit. Lec. nona.

Hic itaqz prfamilias ad excolendam vineam suam mane hora tercia sexta et nona et vndecima operarios conducit. quia a mundi huius inito vsqz in finem ad erudiendam plebem fidelium predicatores mittere non desistit mane etenim mundi fuit ab adam vsqz ad noe hora vero tercia a noe vsqz ad abraam sexta quoqz ab abraam vsqz ad moisen nona autem a moise vsqz ad aduentum domini vndecima vero ab aduentu domini vsqz ad finem mundi in qua predicatores sci apli sunt missi qui mercedem plenam et tarde venientes acceperunt.

R. Ecce adam quasi vnus ex nobis factus est sciens bonum et malum. Videte ne forte sumat de ligno vite et viuat in eternum. V. Fecit quoqz dominus deus ade et vxori eius tunicas pelliceas et induit eos et ait. Vi. Reincipit. R. V. Fiat mia. In laudi. an. Miserere mei deus et a delicto meo munda me quia tibi soli peccaui. ps. Ipsum an. Confitebor tibi domine quoniam exaudisti me. ps. Confitemini dno. an. Deus deus meus ad te de luce vigilo quia factus es adiutor meus. ps. Ipsum. an. Benedictus es in firmamento celi et laudabilis in secula deus israhel. ps. Bndo. an. Laudate dnm de celis. ps. Ipsum Capi. Benedicimus deum celi. Hy. Eterne rerum. V. Dne refugium factus es nobis. an. non dicitur tota an. Simile est regnum celorum homini patrifamilias qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. ps. Bndo. dns. Oro. Preces ppli. Ad prime Hy. Iam lucis. an. Vti qui ambulant. ps. Deus deus meus. cum aliis. Dns regnauit dicitur quia ps. Confitemini dictus fuit ad matutinas. Et sic fit dnicis diebus vsqz ad pasca dum fiat de tpe. Ad terciam an. veniat. Ca. Sana me dne. R. Adiutor meus esto deus Ne derelinquas me. V. Neqz despicias me deus. Ne Gla pa. R. adiutor. V. Ego dixi. Oro. Preces ppli. Ad sextam an. No co. Ca. Pacem et veritatem. R. Ab occultis meis munda me dne. V. Et ab alienis parce seruo tuo. Munda. V. Dominus regit. Oratio. Preces populi. Ad nonam an. Iuxta. Capi. Infelix ego. R. Spes mea domine. A iuuentute mea. V. In te confirmatus sum ex vtero de ventre matris mee tu es meus protector. A iuuentute mea. V. Ab occultis meis munda me domine. Oratio. Preces populi tui.

Ad vesperas añ. Sede a dextris. cū aliis Cap. Dominus autem dirigat. Hymnus Lucis creator. ℣. Dirigatur. añ. Dixit pater familias operariis suis quid hic statis tota die ociosi at illi respondentes dixerunt quia nemo nos conduxit ite in vineam meam et quod iustum fuerit dabo vobis. ps Magnificat. Oratio Preces populi. Sequitur memo. de sancto de quo in crastino debent fieri hore. Regula. De sanctis vero Te deum non habentibus fit nocturnum vsqȝ ad diem cinerū et dicūt ℞. et lec. et hore de scis. Feria. ii.

IGitur perfecti sunt celi ⁊ terra et omnis ornatus eorum. Compleuitqȝ deꝰ die septimo opus suum quod fecerat ⁊ requieuit ab omni opere quod patrarat. et benedixit diei septimo ⁊ sanctificauit illum. quia in ipo cessauerat ab omni opere suo quod creauit deus vt faceret. Lectio scda

ISte sunt generationes celi ⁊ terre quando create sunt in die quo fecit dominus deꝰ celum et terram et omne virgultū agri antequā oriretur in terra omneqȝ herbā regionis priusquā germinaret. L. iii

NOn enī pluerat dñs deꝰ super terram et homo non erat qui operaret terrā sed fons ascendebat e terra irrigans vniuersā superficiem terre. formauit igitur dñs deꝰ hominem de limo terre et inspirauit in faciem eius spiraculum vite ⁊ factus est homo in animam viuentem Feria secūda ad memoriam añ. Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno misit eos dñs in vineam suam. ℣. Fiat mia. Oro. Preces populi. Sequitur memo. feriales Ite et vos in vineā meā et quod iustū fuerit dabo vobis. ℣. Dirigat Oratio. Preceps populi. Feria tercia Letio prima.

PLantauerat autem dñs deus paradisum voluptatis a principio in quo posuit hominem quem formauerat. produxitqȝ dominus deus de humo omne lignū pulcrum visu et ad vescendum suaue. lignum etiā vite in medio paradisi lignumqȝ scientie boni ⁊ mali. L. ii.

ET fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum qui inde diuiditur in quatuor capita. Nomen vni phison ipse est qui circuit omnem terrā euilath vbi nascitur aurum. et aurū illius terre optimum est. ibiqȝ inuenitur bdellium et lapis onichinus. nomen scdi fluuii gyon. ipse est qui circuit omnem terram ethiopie. nomen vero tercij tygris. ipse vadit contra assyrios. fluuius autem quartus ipse est eufrates. Lectio tercia.

TUlit ergo dñs deus hominē et posuit eum in paradiso voluptatis vt operaretur et custodiret illum. precepitqȝ ei dicens. ex omni ligno padisi comede d ligno autē scientie boni et mali ne comedas. in quocūqȝ die comederis ex eo morte morieris. Dixitqȝ dñs deus nō est bonū hoiem esse solū faciamꝰ ei adiutorium simile sibi. formatis igit dominꝰ deus de humo cūctis aiantibꝰ terre. et vniuersis volatilibꝰ celi. adduxit ea ad adā vt videret qd vocarē ea. oīe enī qd vocauit adā aie viuētis ipm est nomē eiꝰ. appellauitqȝ adā noibꝰ suis cūcta aiantia ⁊ vniuersa volatilia celi et oēs bestias terre Ade vero nō inueniebatur adiutor similis eius. Memoria. añ. Circa vndecimam vero horā exiit paterfamilias foras et inuenit alios in foro ociosos et illis dixit ite et vos in vineā. ℣. Fiat mia. Oratio Preces. Ad ves. Quid hic statis tota die

ociosi responderunt et dixerunt nemo nos
conduxit. ℣. Dirigatur. Oratio.
Preces populi. ¶ Feria q̃rta Lec. pria
Immisit ergo dñs de⁹ soporē
in adã. cũq3 obdormiss3 tulit
vnã de costis eius ꝛ repleuit
carnez pro ea. et edificauit dñs deus
costã quã tulerat de adaz in mulierez
ꝛ adduxit eã ad adã. dixitq3 adã. hoc
nũc os ex ossibus meis et caro ꝺ car
ne mea hec vocabitur virago q2 de
viro sũpta est. quãobrē relinquet hõ
patrē suũ et matrē et adherebit vxo
ri sue et erũt duo in carne vna. Ser-
pēs seduxit mulierē. erat aũt vterq3
nudus adã sc3 et vxor eius. nec eru-
bescebant. ¶ Lectio secũda.
Eo serpēs erat callidior cun
ctis aiantib⁹ terre q̃ fecerat
dñs de⁹. qui dixit ad mulierē
Cur p̃cepit vobis deus vt nõ come-
deretis de omni ligno padisi. cui dixit
mulier. de fructu lignorũ que sũt in
padiso vescimur. de fructu vero li-
gni qꝺ est in medio padisi p̃cepit no-
bis de⁹ ne comederem⁹ et ne tãgere-
mus illud ne forte moriamur. Dixit
aũt serpēs ad mulierem. neq̃q̃ morte
moriemini. scit em̃ de⁹ qꝺ in quocũ-
q3 die comederitis ex eo. apient̃ ocli
vestri ꝛ eritis sicut dij sciētes bonũ ꝛ
malum. ¶ Lectio tercia
Idit igit̃ mulier ꝙ esset bo-
nũ lignũ ad vescēdũ ꝛ pulcrũ
oculis aspectuq3 delectabile
et tulit ꝺ fructu ei⁹ ꝛ comedit. dedit
q3 viro suo qui comedit et apti sunt
ocli amboꝝ. cũq3 cognouissēt se esse
nudos ↄsuert̃ folia fic⁹ ꝛ fecerũt sibi
pizomata. ꝛ cũ audissēt vocē dñi dei
deãbulãtis in padiso ad aurã p⁹ me
ridiē abscondit se adã et vxor eius a
facie dñi dei in medio paradisi.

Ad matu. añ. Dixit pater. querē dñica pre
ce. añ. Voca operarios et redde illis mercedē
suã dicit dñs. ℣. Dirigatur. Oratio.
Preces populi. Feria. vi. Lectio prima
Ocauitq3 dñs de⁹ adã ꝛ dixit
ei vbi es. q ait. vocē tuã dñe
audiui in padiso et timui eo
ꝙ nud⁹ essem ꝛ abscōdi me. cui dixit
de⁹. quis em̃ indicauit tibi ꝙ nud⁹ es
ses. nisi qꝺ ex ligno de quo p̃ceperaz
tibi ne comederes. comedisti. dixitq3
adã mulier quã dedisti mihi sociã de
dit mihi de ligno et comedi. et dixit
dñs ad mulierē. quare hoc fecisti. q̃
respondit serpēs decepit me et come
di. et ait dñs ad serpētē. q2 fecisti hoc
maledict⁹ es sup̱ oĩa aiancia et besti
as terre. super pect⁹ tuũ gradieris ꝛ
terrã comedes cũctis diebus vite tue
inimicicias ponã inter te et mulierez
et semē tuũ et semē illius. ipa cõteret
caput tuũ. ꝛ tu insidiaberis calcaneo
eius. mulieri quoq3 dixit deus. Mul
tiplicabo erũnas tuas et cõcept⁹ tu-
os in dolere paries filios. et sub viri
potestate eris. et ipe dñabit̃ tui. L. ii.
De vero dixit. q2 audisti vo-
cē vxoris tue plusq̃ me. ꝛ co
medisti de ligno ex quo p̃cepe
rã tibi ne comederes maledicta terra
in opere tuo. in laborib⁹ comedes ex
ea cũctis dieb⁹ vite tue. spinas et tri
bulos germiabit tibi. et comedes her
bas terre. in sudore vult⁹ tui vesce-
ris pane tuo. donec reuertaris in ter
rã de qua sũpt⁹ es. quia puluis es et
in puluerē reuerteris. et vocauit adã
nomen vxoris sue eua eo ꝙ mater es
set cunctorum viuentium Lectio. iii.
Ecit quoq3 dñs deus ade et
vxori sue tunicas pelliceas. ꝛ
induit eos et ait. ecce adã fcũs
est quasi vn⁹ ex nobis sciens bonũ et

malũ. nunc ergo ne forte mittat ma-
nũ suam et etiã de ligno vite come-
dat et vivat ineternũ. emisit dñs deus
eum de paradiso voluptatis. vt opera-
retur terrã de qua sumptus est. Eijecit
q3 adam et collocavit ante paradisũ
voluptatis cherubin et flammeũ gla
dium atq3 versatile3 ad custodiẽda3
viam ligni vite. Memo. Hi novissimi
vna hora fecerũt et pares illos nobis feci-
sti qui portavimus põdus diei et estus. ℣.
Fiat misericordia. Oratio Preces ppłi.
Ad vesp. añ. Dixit aũt paterfamilias ami
ce nõ facio tibi iniuriã nõne ex denario cõ
venisti mecũ tolle quod tuum est et vade.
℣. Dirigatur. Oratio Preces populi.
Feria sexta. Lectio prima.

Adam vero cognovit euã vxo-
rem suã que cõcepit et pepe-
rit cayn dicens. possedi homi
nem p deũ. rursumq3 peperit fratre3
ei⁹ abel. fuit aũt abel pastor oviũ et
caym agricola. factũ est aũt p⁹ mul-
tos dies vt offerret caym de cunctis
fructib⁹ terre munera dño. abel quo
q3 obtulit de primogenitis gregis sui
et de adipib⁹ eorũ. et respexit domi-
nus abel et ad munera eius ad caym
vero et ad munera eius nõ respexit.
iratusq3 est cayn vehemẽter et cõci-
dit vultus eius. dixitq3 dñs ad eum
quare iratus es et cur cõcidit facies
tua. nõne si bñ egeris recipies. si autẽ
male statim pctm tuũ in foribus ad-
erit. sed sub te erit appetitus eius et
tu dñaberis illius. Lectio secũda.

Dixitq3 cayn ad abel fratre3
suũ. egrediamur foras. cũq3
essẽt in agro cõsurrexit cayn
adversus fratrẽ suũ abel et interfecit
eũ. ait dñs ad cayn. vbi est abel fra-
ter tuus qui rñdit nescio nunqd cu-
stos fratris mei sum. dixitq3 ad eum
qd fecisti. vox sanguinis fřis tui abel
clamat ad me de terra. nũc igit male
dictus eris sup terrã q aperuit os su
um. et suscepit sãguinẽ fratris tui de
manu tua. cũ operatus fueris eã nõ da
bit tibi fruct⁹ suos sed spinas et tri-
bulos germinabit. vag⁹ et pfug⁹ eris
sup terrã dixitq3 cayn ad dñm. maior
est iniqtas mea q̃3 vt venia3 merear.
ecce eijcis me hodie a facie terre. et
a facie tua abscondar et ero vag⁹ et
pfugus in terra. oĩs igit q invenerit
me occidet me. dixitq3 ei de⁹. nequa-
q̃3 ita fiet sed oĩs q occiderit cayn in
septuplũ punieť. posuitq3 dñs signu3
in cayn vt non eũ interficeret omnis
qui invenisset eum. Lectio tercia

Gressusq3 cayn a facie dei
habitavit pfug⁹ in terra ad
orientalẽ plagã eden cognovit
aũt cayn vxorẽ suã q cõcepit et pepe
rit enoch et edificavit civitatẽ voca
vitq3 nomẽ ei⁹ ex noĩe filii sui enoch
porro enoch genuit irad. et irat ge-
nuit maviael. et maviael genuit
mathusael. et mathusael genuit
lamech qui accepit vxores duas. no
mẽ vni ada et nomẽ alteri sella. ge-
nuitq3 ada iabal qui fuit pater ha-
bitãtium in tentorijs atq3 pastorũ. et
nomẽ fratris eius iubal. ipe fuit pa-
ter canẽtiũ in cythara et organo. sel
la quoq3 genuit tubal cayn qui fuit
malleator et faber in cũcta opa eris
et ferri. soror vero tubal cayn noemi
na. dixitq3 lameth vxoribus suis a-
de et selle audite vocem meam vxo-
res lameth. auscultate sermonẽ meu3
qm̃ occidi virũ in vulnus meũ. et a-
dolescentulum in livorem meum. sep
tuplum vltio dabitur de cayn. de la-
meth vo septuagesies septies. cogno-
vit adhuc adam vxorem suã et pepe

rit filium vocauitq3 nomẽ eius seth dicens. posuit mihi dominus semen aliud pro abel quem occidit cayn s3 et seth natus est filius quem vocauit enos. ipse cepit inuocare nomen domini. Ad matuti. añ Tolle quod tuum est et vade quia ego bonus sum dicit dñs. Ad vespe. añ Non licet mihi facere quod volo an oculus tu⁹ neq3 est quia ego bonus sum dicit dñs. ¶ Sabbato fit de beata maria nisi tres lectiones cũ te deum. vl' nouem lectiones impediãt. ¶ Sabbato ad matutinas añ Sic erunt nouissimi primi, et primi nouissimi multi enim sunt vocati pauci vero electi. ℣. Fiat misericordia. Oratio vt sup. Sabbato sexagesime. Ad vespe. super ps añ Benedi. cũ aliis. Capitu. Nescitis q̄ hi. Quere sabbato septuagesi. ℟. Ubi est abel frater tuus dixit domin⁹ ad cayn nescio dñe nunquid custos fratris mei sum ego et dixit ad eum quid fecisti. Ecce vox sanguinis fratris tui abel clamat ad me de terra. ℣. Maledictus eris super terram que aperuit os suum et suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Ecce vox. Hymnus O lux. ℣. Uespertina oratio añ Erunt primi nouissimi et nouissimi primi multi enim sunt vocati pauci vero electi dicit dominus. ps Magnificat. Orõ

Deus qui conspicis quia ex nulla nostra actione confidimus. concede propicius vt contra omnia aduersa doctoris gentium protectione muniamur. Per do. ¶ Ad completo. añ. Salua nos. Inuitatoriũ Preocupemus. Hymnus Primo dierum. añ Pro fidei. Lectio pria

Nemo qui nesciat hominem in principio sit a deo plasmatum vt instrueretur prudentia. consilio formaretur. rationis capax diuina prouidẽtia redderetur. instrueretur inquit prouidentia qua hostis calliditatem vitaret. consilio quo salutaria ac recta perquireret. ratione [qu]a deo genitori parendum esse cognosceret. Tu autem.

℟. In principio. ¶ Lectio secunda.

Et enim dominus deus vidẽs hominem innocentem quem fecerat instruxit monuit et armauit quippe qui cum diabolo erat pugnaturus velut quibusdam armis hoc est prouidentia consilio. ratione fuerat instruẽd⁹. addidit preterea legem qua dei voluntatem cognosceret. et quid contempnẽdo euenire posset addiceret qui quidam homo incautus dum plus diabolo suadenti q̄3 domino iubenti consensit sic et vitam quam habuit perdidit et mortẽ quam ignorabat accepit. Tu autem.

℟. In principio.

¶ Lectio tertia.

Stabat autem ada3 inter vxorem et diabolum. inter eua3 et hostem. inter mulierem et serpentem. Dyabolus persuadet vt noceat. Eua consentit vt pereat. Dyabolus mulierum astutia fallenti circumuenit. Mulier incauta serpentinum virus excepit. Dyabolus quod per se non potuit per vxorem adam protoplastum circumuenit Tu.

℟. Formauit igitur.

¶ Lectio quarta.

Adam vero per vxorem inuenit interitum quam acceperat a deo in auxilium. proch dolor prospera in contrarium cedunt virilia perniciem operantur. deniq3 plus adam domesticis quam inimicis iaculis leditur plus proprio quã hostili ense perimitur. plus mulieris quam externo gladio vulneratur Tu autem domine.

℟. Tulit ergo.

Lectio quinta

A Cceſſit eñ ſerpẽs ſubtilis vt
falleret. et acceſſit nõ vt viro
ſed vt mulieri ſerpẽtinũ vir⁹
infligeret. acceſſit inq̃ʒ vt vnius con-
ſenſu vtriſqʒ nocere potuiſſet. deniqʒ
cõſentiẽs mulier talis circa virũ ex-
titit qualẽ circa ſe maliciã ſerpentis
inuenit. ℟. Dixit dñs. L. ſexta.

A B eo perſuaſa eſt ⁊ ꝑſuaſit
infecta ẽ et infecit. decepta ẽ
et decepit. que. gdẽ mulier fe
ritur ſentẽtia duplici. altera propria
cõi. altera ꝓpria qua filios ꝑere ĩ do
lore precepta eſt. ꝯmuni qua cũ viro
morti addita eſt. altera qua ſerpenti
aſſenſit. altera qua marito perſuaſit.
℟. Immiſit. ¶ Scdm̃ lucam.

I N illo tp̃e. Cũ turba pluria
cõueniret ⁊ de ciuitatibʒ pro
perarent ad iħm dixit ꝑ ſimi-
litudinẽ. Exijt qui ſeminat ſeminare
ſemen ſuum. Et reliqua. Omelia
beati Grego. pref. de eadem lectione.

L Ectio ſancti euãgelij quã mõ
fratres kariſſimi audiſtis expo
ſitione nõ indiget ſed ammoni
tiõe quã eñ per ſemetipſam veritas ex
poſuit hãc diſcutere huãna fragilitas
nõ pſumit. ſed eſt qđ ſollicite in hac
ipſa expõe dñica penſare debeatis.
℟. Dum deambularet. Lectio octaua.

Q Uia ſi nos vobis ſemen ver-
bum. agrũ mũdũ volucres de-
monia. ſpinas diuicias ſignifi
care dicerem⁹. ad credẽdũ nobis for-
ſitan mens vr̃a dubitaret. vnde et eiſ
dẽ dñs per ſemetipſm dignatus eſt ex
ponere qđ dicebat vt ſciatis rerũ ſi-
gnificationem querere in his etiaʒ q̃
per ſemetipſm voluit explanare. expo
nẽdo ergo qđ dixit figurate ſe loqui
innotuit. quatinus certos vos redde
ret cũ vobis noſtra fragilitas verbo
rũ illi⁹ figuras apiret. ℟. In ſudore

Q Uis eñ vn- ¶ Lectio nona.
q̃ʒ mihi crederet ſi ſpinas di-
uicias interpretari voluiſſem
maxime cũ iſte pũgãt iſte delectãt. et
tamẽ ſpine ſunt que cogitationũ ſua
rũ pũctionibus mentẽ lacerãt et cum
vſqʒ ad peccatũ ꝑtrahũt. quaſi infli-
cto vulnere cruentant. quas bene in
hoc loco alio euãgeliſta teſtante ne-
quaq̃ʒ dñs diuitias ſed fallaces diui-
cias appellat. Fallaces eñ ſunt que
nobiſcum diu permanere nõ poſſunt
Fallaces eñ ſunt que mẽtis noſtre in
opiã nõ expellũt. ſole autẽ diuitie ve
re ſunt que nos diuites virtutib⁹ fa
ciũt. ſi ergo fr̃es kariſſimi eſſe diuites
cupitis. veras diuicias amate. ℟.
Ecce adam quaſi. ℣. Cherubin et flãmeũ
gladium atqʒ verſatilẽ ad cuſtodiẽdã viaʒ
ligni vite. Uidete Reincipitur. ℣. Fiat
miſericordia In laudi. añ. Miſerere mei
cum aliis ſicut dñi. preceden̄. Capi. Hy⁹.
℣. vt ſupra. añ. Cum turba plurima con
ueniret ad ihesum et de ciuitatibus prope
rarẽt ad eum dixit per ſimilitudinem exiit
qui ſeminat ſeminare ſemen ſuũ. ps. Be.
ned. Oratio. Deus qui cõſpicis. Ad
horas añ. Capi. ℟. ſicut dñica preceden̄.
Ad veſpe. vlti. añ. Sede a dextris cũ aliis
Capi. Dñs autem. Hymnus Lucis.
℣. Dirigatur. añ. Acceſſerũt ad iheſum
diſcipuli eius dicẽtes ediſſere nobis parabo
lam et reſpõdens ait. vobis datũ eſt noſſe
miſterium regni dei. ceteris autem in pa-
rabolis. ps. Magnificat. Oratio De-
us qui conſpi. Sequuntur memorie. de
ſancto de quo in craſti. fiunt hore. Ad com
pleto. añ. Salua nos. Per ebdomadam
vero fit ad ſimilitudinem ebdomade prece
dentis. Feria ſecũda ¶ Lectio prima.

H Ic eſt liber generatiõis adaʒ
in die qua creauit deus ho-
minem ad ymaginem et ſimi
litudinem dei fecit illum. maſculuʒ ⁊

feminā creauit eos et benedixit fillis
Et vocauit nomen eorum adā. in die
qua creati sūt. Vixit autē adā cētū
triginta annis et genuit filiū ad yma
ginem et similitudinem suā. vocauitqʒ
nomen eius seth. ¶ Lectio. secunda.
Et facti sunt dies adā postq̄
genuit seth. octingenti anni.
genuitqʒ filios et filias. et fa
ctum est omne tēpus quo vixit adā
nōgenti et triginta anni et mortuus
est. Tu. ¶ Lectio tercia.
Vixit quoqʒ seth centūquin
qʒ annis. et genuit enos. vi
xitqʒ seth postq̄ genuit enos
octingētis septē annis genuitqʒ fili
os et filias. et facti sunt omnes dies
seth nōgētorum duodecim annorum
et mortuꝰ est. vixit vero enos nona
ginta annis et genuit caynā. post cu
ius ortum vixit octingentis quinde
cim annis et genuit filios et filias. fa
ctiqʒ sunt omnes dies enos nōgēto
rum quinqʒ annorum et mortuus est
Memo. Semen cecidit in terram bonā
et obtulit fructum in paciencia. ℣. Fiat
misericordia. Oratio. Deus qui con
spi. Ad vesp. memo. Semen cecidit in
terram bonam et obtulit fructum aliud cē
tesimum et aliud sexagesimum. ℣. Diri
gatur. Oratio vt sup. Feria tercia. L. i.
Porro enoch vixit sexaginta
quinqʒ annis et genuit ma
tusalem et ambulauit enoch
cum deo. et vixit enoch postq̄ genu
it matusalem tricentis annis et genu
it filios et filias. et facti sunt omnes
dies enoch trecenti sexagintaquiqʒ
anni ambulauitqʒ cum deo. et nō ap
paruit quia tulit eum deus. ¶ L. ij.
Vixitqʒ matusale centū octo
ginta septem annis et genuit
lamech. Et vixit matusale
postq̄ genuit lamech septingentis oc
toginta duobus annis et genuit fili
os et filias. et facti sunt omnes dies
matusale nongenti sexaginta et nouē
anni et mortuus est. ¶ Lectio tercia
Vixitqʒ lamech centum octo
ginta duobus annis et genu
it filium vocauitqʒ nomē eiꝰ
noe dicens Iste cōsolabitur nos ab
operibus et laboribus manuum no
strarum in terra cui maledixit domi
nus. vixitqʒ Lameth postq̄ genuit
noe quingentis nonagintaquinqʒ an
nis et genuit filios et filias. et facti sūt
omnes dies lamech septingenti septu
aginta septem anni et mortuus est.
Memoria. Ihesus hec dicens clamabat
qui habet aures audiendi audiat. ℣. Fiat
misericordia. Oratio Deus qui conspi.
Ad vespe. añ. Nobis datum est nosse mi
sterium regni dei ceteris autem in parabo
lis dixit ihesus discipulis suis. Feria
quarta. ¶ Lectio prima.
Noe vero cum quingentorū
esset annorū genuit sem chā
et iaphet. cumqʒ cepissent ho
mies multiplicari super terrā et fili
as procreassēt videntes filij dei filias
hoim q̄ essent pulchre acceperūt vx
ores sibi ex oibꝰ quas elegerāt. L. ij
Dixitqʒ deus Non pmanebit
spūs meus in homine in eter
nū quia caro est Eruntqʒ dies
illius centū viginti annorū. Gigan
tes aūt erāt sup terrā in diebꝰ illis.
postq̄ em̄ ingressi sunt filij dei ad fi
lias hoim illeqʒ genuerūt. isti sūt po
tētes a seculo et viri famosi. Lec. iij.
Videns autē deus qd̄ multa ma
licia hominū esset in terra. et
cūcta cogitatio cordis essē in
tenta ad malū omni tpe. penituit eū
qꝰ hominē fecisset in terra. Et preca
uens in futurū et tactus dolore cor
dis intrinsecus delebo inquit hoiem

quē creaui a facie terre ab hoie vs-
q3 ad animātia a reptili vsq3 ad vo-
lucres celi. penitet em̄ me fecisse eos.
Memoria Semē cecidit in terrā bonam
de inimicis. añ Abraham pater vester ex
ultauit vt videret diem meū vidit et ga
uisus. ps Magnificat. Oratio Que-
sumus vt supra. Ad completo. vt supra
Feria secunda Inuitatorium. Venite ex-
ultemus. ps Ipsum et reincipitur. In-
uitato. post primum versum psalmi. Hym
nus Pange lingua. añ. dñs cum aliis
et añ noct. ℣ Erue a framea de9 animā.
Incipit liber Hieremie prophete.
Verba hieremie filij helchie
de sacerdotibus qui fuerūt in
anathot in terra beniamin. Fa
ctum est verbum dñi ad eum in die-
bus iosie fili amon regis iuda in ter

ciodecimo anno regni eius. et factuz est in diebus ioachim filij iosie re-
gis iuda vsq3 ad consummationē se-
decimi anni sedechie filij iosie regis iuda vsq3 ad transmigrationem hie-
rusalem in mense quinto. hec d. dn̄s.
℟ Ne auertas faciem tuam a puero tuo dn̄e Quoniam tribulor velociter exaudi me. ℣ Eripe me dn̄e ab homine malo et a viro iniquo libera me. Qm̄. L. scdā.

ET factum est verbum dn̄i ad me dicens. priusq̄3 te formarez in vtero noui te. et anteq̄3 ex-
ires de vulua sanctificaui te. et pro-
phetam in gentibus dedi te. et dixi. Pa. ha. ha. domine deus ecce nescio loqui quia puer ego sum. hec dicit.
℟ Ne perdas cum impiis deus animam meam et cum viris sanguinum vitaz me am Redime me domine. ℣ Eripe me domine ab homine malo. Redime. L. tercia

ET dixit dominus ad me noli dicere quia puer sum. qm̄ ad omnia que mittam te ibis et vniuersa quecūq3 mandauero tibi lo-
queris. ne timeas a facie eorum quia ego tecū sum et eruā te. dicit dn̄s. et misit dn̄s manum suam et tetigit os meū Et dixit dn̄s ad me. ecce dedi ver ba mea in ore tuo. hec dicit.
℟ Uide q2 tribulor velociter exaudi me intende anime mee et libera eā Propter inimicos meos eripe me dn̄e. ℣ Eripe me de inimicis meis deus meus et ab in surgentibus in me libera me. Propter. non dicitur gloria patri neq3 reincipitur ℣ Da ore leonis. Super benedictus. an̄ In die magne festiuitatis stabat ihesus ⁊ clamabat dicens si quis sitit veniat ad me et bibat. ps̄ Bn̄dictus. ¶ Oratio.

SAnctifica quesumus dn̄e nostra ieiunia ⁊ cunctarū nobis propici⁹ indulgentiaz largire culparum. Per
Regula per istam ebdomadā dicuntur ad horas an̄. laud. dn̄ice Ca. et ℟. sicut dictū est dn̄ica p̄cedē̄. super quas horas dicun tur orationes feriarū que dicūtur in ma-
tuti. Ad vesp. dicuntur an̄. feriales vt sup̄ super Magnificat an̄. Si quis sitit veni at et bibat et de ventre eius fluent aque viue. ps̄ Magnificat. Sequuntur pre ces ¶ Oratio

DA quesumus domine popu-
lo tuo salutem mentis et cor-
poris vt bonis operib⁹ inhe-
rendo tua semper mereatur protecti one defendi. Per dominum.

Feria tercia. ¶ Lectio prima.

ECce constitui te hodie super gentes et super regna. vt euel las et destruas et disperdas ⁊ dissipes et edifices et plantes. Et fa-
ctum est verbum domini ad me di-
cens. Quid tu vides hieremia. Et di xi. virgam vigilantem ego video. Et dixit dominus ad me. bene vidisti. q2 vigilabo ego super verbo meo vt fa ciam illud. hec dicit dominus.
℟ Pacifice loquebātur mihi inimici mei et in ira molesti erant mihi Uidisti domi ne ne sileas ne discedas a me. ℣ Omnes inimici mei aduersum me cogitabāt mala mihi verbum iniquū mādauerunt aduer-
sum me. Uidisti.

¶ Lecto secunda.

ET factum est verbum domi-
ni ad me secundo dicens. quid tu vides hieremia. Et dixi Ollam succensam ego video ⁊ faciē ei⁹ a facie aquilonis. Et dixit domi nus ad me. Ab aquilone pandetur omne malum super omnes habita-
tores terre. hec dicit dominus.
℟. Doceam iniquos vias tuas et impii ad te conuertentur Libera me de sangui nibus deus salutis mee. ℣ Dn̄e labia mea aperies et os meū annunciabit laudem tu am. Libera. ¶ Lectio tercia

Quia ecce ego cōuocabo omnes cognationes regnorū aquilonis ait dn̄s: et venient et ponēt vnusquisq3 solium suum in introitu portarum hierusalem et sup oēs muros eius in circuitu. et super vniuersas vrbes iuda. et loquar iudicia mea cum eis super omni malicia eorum qui dereliquerunt me et libauerunt dijs alienis et adorauerunt opus manuum suarum. Tu autem.
℟ Usquequo exaltabitur inimicus meus super me Respice et exaudi me dn̄e deus meus. ℣ Qui tribulant me exultabunt si motus fuero ego autē in mīa tua speraui. Respice. non dicitur glīa. ℣ De ore leonis añ Uos ascendite ad diem festum hūc ego non ascendam quia tempus meum nō du3 venit. ps̄ Benedictus. ¶ Oratio
Nostra tibi quesumus domine sint accepta ieiunia q̄ nos et expiādo gratia tua dignos efficiāt et ad remedia pducāt eterna.
Ad vespe. añ Quidā autē iudei dicebāt quia bonus est alij autez dicebant non s3 seducit turbas ps̄ Magnificat. Oratio
Da nobis quesumus domine perseuerantē in tua volūtate famulatum vt in diebus nostris et merito et numero populus tibi seruiens augeatur. Per dn̄m.
Feria quarta ¶ Lectio prima.
Tu ergo accinge lumbos tuos et surge et loquere ad eos omnia que precipio tibi. ne formides a facie eoru3 nec em̄ timere te faciam vultum eorum.
℟ Multiplicati sunt. Non dicitur primū ℟ hystorie dominicalis. ¶ Lectio scdā
Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam et in columnam ferream et in murū eneum super omnem terram. regibus iuda et principibus eius et sacerdotibus et omni populo terre. et bellabunt aduersum te et non preualebūt quia ego tecum sum ait dominus vt liberem te. Hec dicit.
℟ Qui custodiebant. Lectio tercia.
Et factum est verbum domini ad me dicens. vade ⁊ clama in auribus hierusalem dicēs. hec dicit dn̄s. Recordatus sū tui miserans adolescentiam tuam et caritatem desponsationis tue quando secuta me es in deserto in terra que non seminatur. sanctus israhel dn̄o primicie frugum eius omnes qui deuorāt eam delinquunt mala venient super eos dicit dn̄s. hec dicit.
℟ Adiutor. añ Oues meas vocem meam audiunt et ego dn̄s agnosco eas. ps̄ Benedictus ¶ Oratio
Sanctificato hoc ieiunio tuorum corda fidelium deus miserator illustra et quibus deuotionis prestas affectum prebe supplicantibus pium benignus auditum.
Ad vespe. añ. Multa bona opera operatus sum vobis propter quod opus vultis me occidere. ps̄ Magnificat. Oratio
Adesto supplicationibus nr̄is omnipotens deus et quibus fiduciam sperande pietatis indulges cōsuete mīe tribue benign⁹ effectum. per dominum
Feria quinta. ¶ Lectio prima.
Audite verbum dn̄i domus iacob ⁊ omnes cognationes domus israhel. hec dicit dominus. Quid inuenerunt in me patres vestri iniquitatis quia elongauerunt a me et ambulauerunt post vanitatē et vani facti sunt. et non dixerūt ibi est dn̄s qui ascendere nos fecit de terra egypti. qui transduxit nos per desertum per terram inhabitabilem et inuiam. per terram sitis et ymagine3

resoluta sensim caliginum cecitate rebus cūctis facies quedam ac lumē infunditur. atq3 ita ante matutina susceptione perfruimur. vt gloriosi⁹ postmodum solis splendodore potia mur. Tu autem.
℟. Fratres mei elongauerunt se a me et noti mei Quasi alieni recesserunt a me. ℣. Amici mei et proximi mei. Quasi.

Lectio tercia

Ego quoniam sicut dicit apostolus: lex spiritalis est. et spiritalibus spiritalia comparanda sunt. solem hic iusticie arbitror designari. hoc est christum dominū qui nobis ignorantie tenebris et peccatorū cecitate submersis celestis doctrine sue lumē infundit huius itaq3 solis iusticie matutino peccatorū caligo tota perimitur sicut ipse ppheta ait ex persona dn̄i. In matutinis interficiebam omnes peccatores terre.
℟. Attende domine ad me et audi voces aduersariorum meorum Nūquid redditur pro bono malum quia foderunt foueā ani me mee. ℣. Memento pacis mee in quo sperabam ampliauit aduersum me supplantationem. Nūquid. non dicitur gloria nec re incipitur. Incipitur. In secundo nocturno añ. Nature genitor. cum aliis. ℣. De ore leonis.

Lectio quarta

Totus aūt hic psalm⁹ digest⁹ ē ex psōa dn̄i saluatoris gppe cum plura de eo in nouo sint posita testamento. dicit itaq3. de⁹ de⁹ me⁹ respice in me et reliqua. quare assumpti hoīs agit causam. vt interrogare quodāmō videatur dicēs. de⁹ oīm q es de⁹ me⁹. cur me dereliquisti nihil em̄ mihi conscius sum.
℟. Conclusit vias meas inimicus insidiator factus est mihi sicut leo in absconditō repleuit et inebriauit me amaritudine deduxerunt in lacum mortis vitam meam et posuerunt lapidem contra me vide domine iniquitates illorum et iudica causā3 anime mee Defensor vite mee. ℣. Omnes inimici mei aduersum me cogitabant mala mihi verbum iniquum mandauerunt aduersum me Defensor.

Lectio quinta

Secūdum pphetā em̄ nesciebat peccatū nec erat dolus in ore eius hoc antē dicit vt manifestaret se esse pp̄ter nos derelictū quo pr peccata portabat acvidētes disceremus et nos pro ipso sancto et iusto mori. cū pro peccatoribus ille moreretur deniq3 hac voce in passione vsus est sicut in euangelio legim⁹. hely hely lamazabatani hoc est deus meus deus meus quare me dereliquisti
℟. Saluum me fac deus quoniam intrauerunt aque vsq3 ad aīa3 meā Ne auertas faciem tuam a me quoniam tribulor exaudi me deus meus. ℣. Intende anime mee et libera ea3 propter inimicos meos eripe me. Ne auertas.

Lectio sexta

Hac inq3 voce vsus est ihesus vt qd̄ pphecia annūciauerat rei erit⁹ approbaret. Et quoniā3 seqn̄tia pene manifestata sūt illū inspiciamus versiculu3. in quo ait Ego sum vermis et non homo. cur tot⁹ dn̄s creature vermiculo se voluit comparī. possum⁹ hoc qd̄ē huilitati p̄mit⁹ assignare. que sanctorū virtus est maxima. sicut scūs moyses añ deum aīal se irrationabile pfitet. Dauid pulicem se sepe cōmemorat.
℟. Noli esse mihi dn̄e alienus parce mihi in die mala cōfundā† oīs qui me persequūtur. Et non cōfundar ago. ℣. Confundantur oēs inimici mei. Et non. In tercio nocturno añ. Sponsus cum aliis. ℣. Ne perdas cum impiis domine animam meam.

Secundum Matheū

In illo tempore. Cum appro-
pinquasset ihesus hierosoli-
mis et venisset bethphage ad
montem oliueti. tunc misit duos dis-
cipulos suos dicens. Ite in castellū
qd̄ cōtra vos est et statim inuenietis
asinam alligatam et pullum cum ea
soluite et adducite mihi. Et reliqua
Ome. vene. be. pres. de ea. lectione.

Mediator dei et hominum ho-
mo xp̄us ihus qui pro salute
generis humani passurus de
celo descenderat ad terras. appropin
quante hora passionis appropinqua
re voluit loco passionis vt etiaȝ per
hoc clāresceret quia non inuitus sed
sponte pateretur in asino venire et a
turbis rex appellari ac laudari volu
it. vt etiam per hoc eruditus quisqȝ
agnosceret ipsum esse xp̄m. quem sic
illo venturum prophecia olim pre-
missa signauerat.

℟. Dominus mecum est tanq̄ȝ bellator
fortis propterea persecuti sunt me et in-
telligere non potuerunt. Dn̄e probans re-
nes et corda tibi reuelaui causam meam
℣. Et vim faciebant qui querebant aīam
meam et qui inquirebant mala mihi lo-
cuti sunt vanitates. Domine. L. viii.

Ante quinqȝ dies pasce veni-
re voluit. sicut ex iohānis euā
gelio didicimus. vt etiam per
hoc ostenderet se esse agnum imma-
culatum qui peccata tolleret mundi
Agnus quippe pascalis. cuius imo-
latione populus israhel est ab egypti
aca seruitute liberatus. ante quinqȝ
dies pasce id est decima luna domum
inferri. et ipso die pasce id est quarta
decima luna ad vesperum missus est
imolari. significans eum qui nos suo
sanguine redēptur⁹ esset. ante quiqȝ
dies pasce id est hodierna die. magno
precedentium sequentiūqȝ gaudio ac
laudatione deductus. venit ī templū
dei et erat docens in eo.

℟. Dixerunt impii apud se non recte
cogitantes circūueniamus iustum Quoniā
contrarius est operibus nostris promittit
se scientiam dei habere filium dei se no-
minat et gloriatur patrem se habere deū
videamus si sermones eius veri sint et si
est verus filius dei liberet illum de mani-
bus nostris morte turpissima condemne-
mus eū. ℣. Viri impii dixerunt opprima⁹
virum iustum iniuste ⁊ de spoliis eius sor
tem mittamus. Quoniam. Lec. nona.

Quinta demū peracta die vbi
veteris pasce sacramenta ha-
ctenus obseruata consumma-
uit. ac noui deinceps obseruanda di-
scipulis sacramēta contradidit. egres
sus in monte oliueti. tentus est a iu-
deis. et mane crucifix⁹. Ipsa nos die
a demoniaca dn̄atione redemit. qua
antiquus ille hebreorum populus per
imolationem agni iugum egyptie ser
uitutis abiecit.

℟. Ingrediente domino in sanctam ciui
tatem hebreorū pueri resurrectionē vite
pronūciantes Cum ramis palmarum osan
na clamabant in excelsis. ℣. Ex ore infan
tiū et lactantiū deus perfecisti laudem Cū
non dicitur gloria. reincipitur. ℣. De
ore leonis. In laudibus añ. Dn̄s de
us auxiliator meus et ideo non sum confu
sus. p̄s. Miserere. añ. Circūdantes cir
cumdederūt me ⁊ in noīe dn̄i vindicabor
in eis. p̄s. Confitemini. añ. Iudica
causam meam defende quia potens domi
ne. p̄s. Deus deus meus. añ. Cum an
gelis et pueris fideles inueniamur trium
phatori mortis clamantes osanna in excel
sis. p̄s. Bn̄dicite. añ. Confundantur qui
me persequuntur et non confundar ego
domine deus meus. p̄s. Laud. Capi.
Dn̄e dn̄e auxiliator my⁹. Lustra ser.

℣. Eripe me domine ab homine malo. añ. tota ante. Turba multa que cōuenerat ad diem festum clamabant dño benedictus q venit in nomine dñi osanna in excelsis. ps. Benedictus.

Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui humano generi ad imitādum humilitatis exemplum saluatorem nostrum carnem sumere et crucem subire fecisti. concede propicius. vt et pacientie ipsius habere documenta et resurrectionis consortia mereamur. Per eundem.

Ad primā hy⁹ Iā lu. añ. Dñs de⁹. pria de laudi. ps. Deus deus meus respice. cū aliis et cetera. vt dñica preceden. Ad terciam. Nūc sancte. añ. Iudica causam. ps. Legem pone. Capi. Dñs deus auxiliator ℟. Fratres mei quere secūdum ℟. nō dicitur glia sed reincipitur. ℣. Erue a fra: Oratio. Omnipotens sempiterne deus. Ad sextam Hymnus Rector. añ. Cum angelis. ps. Defecit. Capi. Confundantur. ℟. Attende. quere in eadem hystoria. ℣. De ore leonis. Orō. vt supra. Ad nonam. Hymnus Rerum deus. añ. Cōfundantur. ps. Mirabila. Capi. Iudicasti dñe. ℟. Noli esse mihi. ℣. Ne perdas cum impiis. Oratio vt sup. Ad vespe. añ. Sede a dextris cum aliis. Capitulū Dñs deus auxiliator. ℟. Circūdederunt Hymnus Vexilla regis. ℣. Et dederunt añ. tota ante. Osanna filio dauid benedictus qui venit in nomine domini rex israel osanna in excelsis. ps. Magnificat. Oratio omnipotens sempiterne de⁹. Ad completo. vt supra.

Feria secūda Inuitatorium. Venite exultemus. añ. Dominus cū noct. ℣. Erue a framea.

Lectio prima

Vlgo dicitur. si dimiserit vir vxorem suam et recedens ab eo duxerit virū alterum nūqd non reuertetur ad eam vltra. nūquid non polluta esset cōtaminata erit ista mulier. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis tamen reuertere ad me dicit dominus. hec di.

℟. Viri impii dixerunt opprimamus virum iustum iniuste et degluciamus eum tanq̄ꝫ inferni viuum auferamus memoriā ei⁹ de terra Et de spoliis eius sortē mittamus inter nos. ipsi eīn homicide thesaurizauerunt sibi malum insipientes et maligni oderūt sapientiam et rei facti sunt in cogitationibus suis. ℣. Dixerunt impii apud se non recte cogitantes circūueniam⁹ virum iustum iniuste qm̄ cōtrarius est operibus nostris. Et de spoli.

Lectio scdā

Leua oculos tuos in directuꝫ et vide nunc vbi prostrata sis in vijs sedebas expectans eos quasi latro in solitudine et polluisti terram in fornicationibus tuis et in malicijs tuis. quāobrem prohibite sunt stille pluuiaruꝫ et serotinus ymber non fuit. frons mulieris meretricis facta est tibi noluisti erubescere.

℟. Obprobrium factus sum inimicis meis viderunt me et mouerunt capita sua. Adiuua me dñe deus meus. ℣. Persequar inimicos meos et comprehendam illos et non conuertar donec deficiant. Adiuua.

Lectio tercia.

Ergo saltēꝫ a modo voca me pater meus dux virginitatis mee tu es. Nunquid irasceris in perpetuum. aut perseuerabis in finem. Ecce locuta es et fecisti mala et potuisti. Et pro verbis penitentie verbis superbie blasphemasti. Implesti malam cogitationem tuam et ostendisti contra virum fortitudinem tuam vt possis facere quod mente tractasti.

℟. Insurrexerunt in me viri iniqui absq3 mia quesierunt me interficere et non pepercerunt in faciem meam spuere ⁊ lanceis suis vulneraverunt me et cõcussa sũt omnia ossa mea Ego autem estimabam me tanq̃3 mortuum super terram. ℣. Et dederunt in escam meam fel ⁊ in siti mea potauerunt me aceto. Ego autem. ℣. De ore leonis. In laudibus añ. Faciem meam nõ auerti ab increpantibus et conspuentib⁹ in me. ps̃. Miserere. añ. Framea suscitare aduersus eos qui dispergunt gregem meum. ps̃. Verba mea. añ. ¶ Appenderũt mercedem meam trginta argenteis q̃bus appreciatus sum ab eis. ps̃. Deus deus. añ. Inundauerunt aque super caput meum dixi perii inuocabo nomen tuum dñe deus. ps̃ Confitebor. añ. Labia insurgentium et cogitationes eorum vide domine. ps̃. Laud. Capi. Dñs deus auxi. Hymnus Lustra sex. ℣. Eripe me dñe ab homine malo. añ. Appropinquabat autem dies festus et querebant principes sacerdotum quomõ ihesum interficerent sed timebant plebem ps̃. Mened.

¶ Oratio

Da quesumus omnipotens deus vt qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus intercedente vnigeniti filij tui passione respiremus. Qui tecum.

Ad horas dicũtur añ. laud. Ca. ℟. sicut dominica preceden. Ad vespe. añ. Inclinauit cum aliis. Capi. Dñs deus auxi. ℟. Circumdederunt. Hymnus. Vexilla regis. ℣. Et dederunt. añ. Non haberes in me potestatem nisi desuper datu3 tibi fuisset. ps̃ Magnificat Oratio

Adiuua nos deus salutaris noster et ad beneficia recolenda quibus nos instaurare dignatus es tribue venire gaudentes. q

Feria tercia Lectio prima

Et dixit dñs ad me in diebus iosue regis. nũqd vidisti que fecit aduersatrix israhel. Abiit sibi met super omnem montem excelsum et sub omni ligno frondoso ⁊ fornicata est ibi. et dixi cum fecisset hec omnia ad me reuertere ⁊ non est reuersa hec dicit dñs.

℟ Contumelias et terrores passus su3 ab eis qui erant pacifici mei et custodientes latus meum dicentes decipiamus eum et preualeamus illi sed tu dñe mecum es tanq̃3 bellator fortis Cadẽt in obprobrium sempiternum et videam vindicta3 in eis quia tibi reuelaui causam meam. ℣ Omnes inimici mei aduersum me cogitauerunt mala mihi verbum iniquum mãdauerunt aduersum me. Cadẽt. L. ii.

Et vidit preuaricatrix soror eius iuda. quia pro eo q̃ mechata esset aduersatrix israhel dimisisse3 eã et dedisse3 ei libellu3 repudij et non timuit preuaricatrix iuda soror eius et abijt. et fornicata est etia3 ipsa et facilitate fornicationis sue cõtaminauit terram et mechata est cu3 lapide et ligno. et in omnibus his nõ est reuersa ad me preuaricatrix soror eius iuda in toto corde suo sed in mẽdatio. ait dñs deus.

℟ Deus israhel propter te tuli improperium operuit reuerentia faciem meã extraneus factus sum fratribus meis et hospes filiis matris mee Qm̃ zelus domus tue comedit me. ℣. Deus deus meus respice in me quare me dereliquisti longe a salute mea. Quoniam. ¶ Lectio tercia

Et dixit dñs ad me. iustificauit aiam suam aduersatrix israhel cõparatione preuaricatricis iuda. Vade et clama sermones istos contra aquilonem et dices. Reuertere aduersatrix israhel ait domi-

nus. et non auertam faciem meam a vobis, quia ego sũ sanctus dicit dñs et non irascar in perpetuum. Tamen scito iniquitatem tuam quia in deum tuum preuaricata es. et dispersisti vias tuas alienis sub omni ligno frondoso et vocẽ meã non audisti dicit d. ℟. Synagoge populorum circundederũt me et non reddidi retribuentibus mihi mala Consumetur dñe nequicia peccatorum et diriges iustum. ℣. Tu autem domine susceptor meus es gloria mea et exaltans caput meum Consumetur. ℣. De ore leonis. ¶ In laudibus añ. Uide domine et considera qm̃ tribulor velociter exaudi me. ps Miserere. añ. Discerne causam meam dñe ab homine iniquo et doloso eripe me. ps Judica me de. añ. Dum tribularer clamaui ad dñm de ventre inferi et exaudiuit me. ps Deus meus. añ. Dñe vim patior responde pro me quia nescio quid dicam inimicis meis. ps Ego dixi. añ Dixerunt impii opprimamus virum iustum qm̃ contrarius est operibus nostris. ps Lauda. Capi. Dñs deus. Hymnus Lustra sex. ℣. Eripe me dñe. añ. Principes sacerdotum cõcilium fecerunt vt ihesum occiderent dicebãt autem non in die festo ne forte fiat tumultus in populo. ps. Benedic. ¶ Oratio

Omnipotens sempiterne deus da nobis ita dominice passionis sacramẽta pagere vt indulgentiam percipere mereamur. p. Ad vespe. añ. Tanto tempore vobiscum eram docens vos in templo et non me tenuistis modo flagellatũ ducitis ad crucifigendum. ps. Magnificat. Oratio

Qua nos misericordia deus et ab omni subreptione vetustatis expurget et capaces sancte nouitatis efficiat. per.

Feria quarta. ¶ Lectio prima

Conuertimini filii reuertentes dicit domin⁹ quia ego vir vester ꝛ assumam vos vnum de ciuitate et duos de cognatione ꝛ introducam vos in syon et dabo vobis pastores iuxta cor meum et pascent vos scientia et doctrina. Cumq multiplicati fueritis et creueritis in terra in diebus illis ait dominus non dicent vltra archa testamenti domini. neq ascendet cor neq recordabũtur illius nec visitabitur nec fiet vltra. hec dicit do. ℟. Conclusit vias. quere dñica precedente. ¶ Lectio secunda

In tempore illo vocabũt hierusalem solium dñi et congregabuntur ad eã omnes gentes in nomine dñi in hierusalem. et non ambulabunt post prauitatẽ cordis sui pessimi. in diebus illis ibit domus iuda ad domum israhel. et venient simul de terra aquilonis ad terrã quam dedi patribus vestris. ego autẽ dixi. quomodo ponam te in filiis et tribuam tibi terram desiderabilem hereditatem preclarã exercitium. ℟. Dixerunt impii. quere domica precedente. ¶ Lectio tercia

Et dixi. patrem vocabis me ꝛ post me ingredi non cessabis. sed quomõ si cõtẽpnat mulier amatorem suũ. sic cõtempsit me dom⁹ israhel dicit dñs. Uox in viis audita ẽ ploratus et vlulatus filiorum israhel qm̃ iniquã fecerũt viam suã. obliti sunt dñi dei sui. Conuertimini filij reuertẽtes ꝛ sanabo auersiones vr̃as ecce nos venimus ad te. tu em̃ es dñs de⁹ nr̃. vere mẽdaces erant colles. multitudo mõtium. Uere in dño deo nr̃o salus israhel hec dicit d.

℟. Viri impii. quere feria secūda prece. ℣. De ore leonis. ¶ In laudibus añ. Libera me de sanguinibus deus deus meus et exaltabit lingua mea iusticiam tuā. ps Miserere. añ. Contumelias et terrores passus sum ab eis. et dñs mecum est tanq̄ bellator fortis. ps. Te decet. añ. Ipsi vero in vanū quesierunt animā meam introibunt in inferiora terre. ps. Deus deus meus. añ. Omnes inimici mei audierūt malum meū dñe letati sunt qm̄ tu fecisti. ps Exultauit. añ. Alliga dñe in vinculis nationes gentium et reges eorum in compedibus. ps. Lauda. Capi. Dñs deus auxiliator. Hymnus. Lustra sex. ℣. Eripe me dñe ab hoīe malo. añ. Symon dormis non potuisti vnā horam vigilare mecum. ps Bñdi. Oratio.

Respice quesumus omnipotens deus vt qui nostris excessibus incessāter affligimur per vnigeniti tui passionem liberemur. Qui

Ad vespe. añ. Beatus. cum aliis. Capitu. Dñs deus auxiliator. ℟. Circūdederunt Hymnus Vexilla regis. ℣. Et dederūt in escam meam. añ. Quottidie apud vos eram in templo docens et non tenuistis et ecce flagellatum ducitis ad crucifigendum. ps. Magnificat. Sequūtur preces licet nona lectio sequatur. Oratio

Respice quesumus domine super hanc familiam tuam pro qua dominus noster ihūs xp̄s non dubitauit manibus tradi nocentium et crucis subire tormentum. q

Ad completo. vt sup̄. Super Nūc dimittis dicitur Lucem tuam. Sequūtur preces cum ps. vsque quo dñe. Feria quīta Ad matuti. non dicitur Dñe labia Neq̄ Deus in adiutorium. neq̄ Gloria patri. post ps neq̄ post terciā ℟. que nec reincipiuntur. Ad lectiones nō dicitur Jube domine. neq̄ tu aūt. et sic fit in feriis sequētibus. Et sic incipitur. In primo nocturno añ. Zelus domus tue comedit me et obprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. ps Saluum me fac deus. añ. Auertantur retrorsum et erubescant qui cogitant mihi mala. ps. Deus in adiuto. añ. Deus meus eripe me de manu peccatoris. ps. In te dñe speraui. ℣. Zelus domus tue. ¶ Lectio prima Aleph.

Quomō sedet sola ciuitas plena populo facta est quasi vidua dña gentium princeps prouinciarū facta est sub tributo. Beth. Plorans plorauit in nocte et lacrime eius in maxillis eius nō est qui cōsoletur eā ex omnibus caris eius. omnes amici eius spreuerunt eam. et facti sunt ei inimici.

℟. In monte oliueti oraui ad patrem pater si fieri pōt transeat a me calix iste spiritus quidem promptus est caro autē infirma Fiat voluntas tua. ℣. Verūptamen non sicut ego volo sed sicut vis. Fiat.

¶ Lectio secūda Gimel

Migrauit iuda propter afflictionem et multitudinem seruitutis habitauit inter gentes nec inuenit requiem. oīs persecutores eius apprehēderūt eam inter angustias. Deleth. Vie syon lugēt eo q̄ non sint qui veniāt ad solēnitatem oēs porte eius destructe sacerdotes eius gementes virgines eius squalide. et ipsa oppressa amaritudine.

℟. Tristis est anima mea vsq̄ ad mortem sustinete hic et vigilate mecum nū videbitis turbam que circundat me. Vos fugam capietis et ego vado immolari pro vobis ℣. Vigilate et orate dicit dñs. Vos fugā

¶ Lectio tercia. He.

Facti sunt hostes eius in capite inimici illius locupletati sūt quia dñs locutus est super eā propter multitudinem iniquitatū eius paruuli eius ducti sunt in captiuita-

tem a facie tribulantis. Uau. Et egressus est a filia syon ois decor eius facti sunt principes eius velut arietes non inuenientes pascua. Et abierunt absqz fortitudine ante faciē subsequentis.

℟. Unus ex discipulis meis tradet me hodie ve illi per quem tradar ego Meliꝰ illi erat si natus non fuisset. ℣. Qui intingit mecuz manū in parapside hic me traditurus est. Melius. non dicitur gloria nec reincipitur. In secundo nocturno aň. Liberauit dn̄s pauperem a potente et inopem cui non erat adiutor. ps̄. Deus iudicium. aň. Cogitauerunt impii et locuti sunt nequiciam iniquitatē in excelso locuti sunt. ps̄. Quam bonus. aň. Exurge dn̄e et iudica causam meam. ps̄. Ut quid dn̄e repulisti. ℣. Deus meus eripe me de manu peccatoris. Lec. iiii. Kay.

Et recordata est hierusalez dierum afflictionis sue et preuaricationis omniuz desiderabilium suorum que habuerat a diebus antiquis cum caderet populus eius in manu hostili et nō esset auxiliator. Viderūt eam hostes et deriserūt sabbata eius. Beth. Peccatum peccauit hierusalez propterea instabilis facta est. oms qui glorificabāt eā spreuerūt illam qm̄ viderunt ignominiaz eius. ipsa autez gemens conuersa est retrorsum.

℟. Una hora non potuistis vigilare mecum qui exhortabamini mori pro me. Uel iudam non videtis quomodo nō dormit sed festinat tradere me iudeis. ℣. Dormite iam et requiescite ecce appropinquat qui me traditurus est. Uel iudā.

Lectio quinta. Thet.

Sordes eius in pedibus eius nec recordata est finis sui deposita est vehementer nō habens consolatorem. vide dn̄e afflictionem meam qm̄ erectus est inimicus. Ioth. Manū suaz misit hostis ad omnia desiderabilia eius quia vidit gentes ingressas sanctuariū suum de quibus preceperas ne intrarēt in ecclesiam tuam. Caph. Omnis populus eius gemens et querēs panē dederūt preciosa queqz pro cibo ad refocillādam animam. Vide domine et considera qm̄ facta sum vilis.

℟. Iudas mercator pessimus osculo petiit dn̄m ille vt agnus innocens non negat iude osculum Denariorum numero xpm̄ iudas tradidit. ℣. Meliꝰ illi erat si natus non fuisset. Denariorum.

Lectio sexta. Lameth.

O Vos qui transitis per viam attendite et videte si est dolor sicut dolor meus qm̄ vindemiauit me vt locutus est dominus in die furoris sui. Men. De excelso misit ignē in ossibꝰ meis et erudiuit me. Expandit rethe pedibus meis conuertit me retrorsum posuit me desolatam tota die merore confectam

℟. Ecce vidimus eum non habentē speciem neqz decorez aspectus eius in eo nō est hic peccata nostra portauit et pro nobis dolens ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras Cuius liuore sanati sumus. ℣. Uere languores nostros ipse tulit et peccata nostra ipse portauit. Cuius liuore sanati. In tercio nocturno aň. Dixi iniquis nolite loqui aduersus deum iniquitatem. ps̄. Confitebimur. aň. Terra tremuit et quieuit dum resurgeret in iudicium deus. ps̄. Notus in iudea. aň. In die tribulationis mee deum exquisiui manibus meis. ps̄. Voce mea. ℣. exurge domine Et iudica causam meam.

Lectio octaua.

Ante diem festum pasce sci-
ens ihesus quia hora eius ve
nit vt transeat ex hoc mun-
do ad patrem cuz dilexisset suos qui
erant in mundo in finem dilexit eos
et reliqua.

Ecce pasca ecce transitus. Vn
de et quo. de hoc scilicet mun
do ad patrem. Spes membris
in capite data est qp essent illo transe
unte sine dubio secuturi. Quid ergo
infideles et ab hoc capite atqz ab e-
ius corpore alieni nonne et ipsi tran
seuntqnia non permanent. transeunt
plane et ipsi. Sec aliud transire est de
mundo. aliud transire cum mundo.
Aliud ad patrem. aliud ad hostem.
Nam et egyptij transierunt non em
persequendo manserunt. Non tamen
transierunt per mare ad regnum. sed
in mari ad interitum.

℟. Seniores populi consilium fecerunt
vt ihesum dolo tenerent et occiderent
Cum gladiis ⁊ fustibus exeirunt tanqz ad
latronem. ℣. Congregauerunt iniquita-
tem sibi et egrediebantur foras. Cum gla
diis et fustibus exierunt.

Lectio octaua

Sciens ergo ihesus quia ve-
nit hora eius vt transiret ex
hoc mundo ad patrem. cum
dilexisset suos qui erant in mundo in
finez dilexit eos. Vtiqz et ipsi de hoc
mundo vbi erāt ad caput suum. qui
hinc transissent eius dilectione tran-
sirent. Quid enim est in finem nisi in
christum. Finis enim legis christus.
Ait apostolus ad iusticiaz omni cre
denti. Finis perficiens non interfi-
ciens. Finis quousqz eamus nō vbi
pereamus.

℟. Reuelabunt celi iniquitatem iude et
terra aduersus eum consurget et manife-
stum erit peccatum illius in die furoris
domini Cuz eis qui dixerunt domino deo
recede a nobis scientiam viarum tuarum
nolumus. ℣. Fiat mensa eorum coram ip-
sis in laqueum et in retributiones et in
scandaluz. Cum eis qui dixerunt domino
deo recede a nobis scientiam viarum tu
arum nolumus.

Lectio nona.

Hic omnino intelligendum est
pasca nostrum immolatus est
christus. Ipse est finis nr in
illo est transitus noster. Nam video
posse ista verba euangelica. quodam
humano modo etiam sic accipi. tan-
qz vsque ad mortem christus dilexe-
rit suos vt hoc videatur esse in finē
dilexit eos. humana est hec sententia
non diuina. Neqz enim nos hucusqz
ille dilexit. qui semper ⁊ sine fine nos
diligit. Absit vt dilectionem morte fi
nierit qui non est morte finitus. Eti-
am post mortem quinque fratres su
os dilexit diues superbus atqz impi-
us. et vsqz ad mrotem nos dilexisse
putandus est christus. Absit karissi-
mi nequaqz ille nos diligendo vs-
qz ad mortem veniret. si dilectionem
nostram morte finiret. nisi forte ita
sit diligendum. In finem dilexit eos
vsqz ad mortez dilexit eos vt morere
tur propter eos.

℟. O iuda qui dereliquisti consili-
um pacis et cuz iudeis consiliatus es tri
ginta argenteis vendidisti sanguinē iustuz
Et pacis osculum ferebas quam in pecto
re non habebas. ℣. Os tuum habunda-

dauit malitia et ligua concinnabat dolos Et pacis osculum ferebas quam in pectore non habebas. Gloria non dicitur. nec reincipitur respōsorium neq3 dicitur versus neq3 deus in adiutorium. sed statim post ℟. incipiuntur laudes.

In laudibus añ. Iustificeris domine in sermonibus tuis ⁊ vincas cū iudicaris. ps Miserere mei deus: secundum magnam misericordiam tuam. Et secūdum multitudinem miseracionum tuarum: dele iniquitatem meam. Amplius laua me ab iniquitate mea: ⁊ a peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: et peccatum meum contra me est semper. Tibi soli peccaui et malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris Ecce enim iniquitatib9 conceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatem dilexisti: incerta et occulta sapientie tue manifestasti mihi. Asperges me domine ysopo ⁊ mundabor lauabis me et super niuem dealbabor. Auditui meo dabis gaudium et leticiam: et exultabunt ossa humiliata. Auerte faciem tuam a peccatis: et omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me deus: et spiritum rectum innoua in visceribus meis. Ne proicias me a facie tua. et spiritum tuū ne auferas a me. Redde mihi leticiam salutaris tui. et spiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas. et impij ad te conuertentur Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee et exultabit ligua mea iusticiam tuam. Domine labia mea aperies. et os meum annunciabit laudem tuam. Quoniam si voluisses sacrificium dedissem: vtique holocaustis nō delectaberis. Sacrificiū deo spiritus contribulatus. cor contritum humiliatum deus non despicies. Benigne fac dñe in bona volūtate tua syon. vt edificentur muri hierusalem. Tunc acceptabis sacrificiū iusticie oblationes et holocausta. tūc inponent super altare tuum vitulos añ. Dominus tamquā ouis ad victimam ductus est et non aperuit os suum. ps. Domine refugium tu factus es nobis. a generatione in generationem. Priusq̄ montes fierent aut formaretur terra et orbis. a seculo et in seculum tu es deus. Ne auertas hominem in humilitatem. dixisti conuertimini filij hominum. Quoniā mille anni ante oculos. tanq3 dies hesterna que preterijt. Et custodia in nocte. que pro nihilo habentur eorum anni erunt. Mane sicut herba transeat. mane floreat et transeat. vespe decidat induret et arescat. Quia defecimus in ira tua. et in furore tuo turbati sumus. Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo seculum nrm in illuminatiōe vultus tui. Quoniā omnes dies nostri defecerunt. et in ira tua defecimus. Anni nostri sicut aranea meditabuntur. dies annorū3 nostrorum in ipsis septuaginti anni. Si autem in potentatibus octoginta anni. et amplius eorum labor ⁊ dolor. ⁊c. vt habetur in psalterio

Contritum est cor meum in medio mei cōtremuerunt omnia ossa mea. ps. Deus deus meus. añ. Exaltatus es in virtute tua et in refectione sancta tua domine ps Cantemus domino. añ. Oblatus est q2 ipse voluit et peccata nostra ipse portauit. ps. Laudate. añ Traditor autem dedit eis signum dicens quem osculatus fuero ipse est tenete eum. ps Bnd.

Kyrieel. ℣. qui passurus aduenisti pro. pter nos. Kyrieel. ℣. Qui pphetice prõ psisti ero mors tua o mors. Kyrieel. ℣. Azno miti basia cui lupus dat venenosa Xpeel. ℣. Teqz vinciri voluisti nosqz a mortis vinculis eripuisti. Xpeel. ℣. Qui expansis in cruce manibus traxisti omnia ad te secla. Xpeel. ℣. Uita in ligno morit infern⁹ et mors lugens spoliatur.

Kyrieel. Kyrieel. Kyrieel. Dñe miserere Xpūs dñs factus est obediens Usqz mortem Mortem autem crucis. Sequūtur preces absqz benedicamus dño. Oratio. Respice quesumus. vt supra. Non dicitur dominus vobiscum ¶ Ad horas non dicitur Deus in adiutorium nec hymnus nec añ. neqz gloria patri. ¶ Ad primaz dicitur ps. Deus in nomine. ps. Beati immaculati et Retribue. Sequitur ℟. In monte oliueti. cum versu et reincipitur. ℣. Zelus domus. Sequuntur preces. Oratio. vt supra. Ad terciam ps. Legem pone. cum aliis absqz gloria patri ℟. Tristis est anima mea. cum versu et reincipitur. ℣. Deus meus eripe me de manu peccato. Sequūtur preces cum oratione vt supra. Ad sextam ps. Defecit. cum aliis. ℟. Unus ex discipulis cum versu et reincipitur. ℣. Exurge dñe. Sequūtur preces vt supra. Ad nonam ps. Mirabilia. cum aliis. ¶ ℟. Una hora. cum versu. et reincipitur. ℣. Zelus domus. Sequūtur preces. vt supra.

Ad vespe super ps. añ. Calicem salutaris accipiam et nomen domini inuocabo. ps. Credidi. añ. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus cuz loquebar illis impugnabant me gratis. Ad dñm cum tribula. añ. Ab hominibus iniquis libera me dñe. ps. Eripe me dñe. añ. custodi me a laqueo quez statuerūt mihi et a scandalis operantium iniquitatem. ps. Dñe clamaui. añ. Considerabam ad dexteraz et videbaz et nõ erat qui cognosceret me ps. Voce mea. añ. De manu filiorū alienorum libera me dñe. ps. Bñdictus dñs deus israhel. añ. Cenantibus autez accepit ihesus panez bñdixit ac fregit dedit discipulis suis. Magnificat. non dicitur tota añ. Sequūtur preces cuz oratione Respice. ¶ Ad comple. non dicitur Conuerte nos neqz deus in adiuto. sed ad modum aliarū horarum. ps. Cum inuocarem. cum aliis. ℟. Judas mercator. cū versu et reincipitur. ℣. Deus meus eripe me. Sequuntur preces cū oratione respice ¶ Feria sexta ad matutinas seruatur idem ordo in omnibus horis sicut et in feria quinta. añ. Astiterunt reges terre et principes cõuenerunt in vnum aduers⁹ dñm et aduersus xpm̄ eius. ps. Quare fremu. añ. Diuiserunt sibi vestimenta mea et super vestem meā miserunt sortē ps. Deus deus meus respice. añ. Insurrexerunt in me testes iniqui et mentita est iniquitas sibi. ps. Dñs illuminatio. ℣. Diuiserunt sibi.

¶ Leccio prima. Num

Vigilauit iugū iniquitatū mearū in manu eius: conuolute sūt & ipoite collo meo. ifirmata ē virt⁹ mea: dedit me dñs in manuz de qua nõ potero surgere. Sameth. Abstulit oēs magnificos meos i medio mei: vocauit aduersū me tēp⁹ vt cõtereret electos meos. Ain. torcular calcauit dñs virgini filie iuda idcirco ego plorās et oculus me⁹ deducēs aquā quia longe factus est a me cõsolator conuertens aiam meam.

℟. ¶ Omnes amici mei dereliquerunt me et preualuerunt insidiantes mihi tradidit me quem diligebam et terribilibus oculis plaga crudeli percutiēs Aceto potabat me. ℣. Et dederunt in escam meaz fel et in siti mea. Aceto. L. secūda. Phe

Expandit syon manus suas nō est qui consoletur eam. mandauit dn̄s aduersum iacob in circuitu eius hostes ei⁹ facta est hierusalem quasi polluta menstruis inter eos. Sade. Iustus est dominus; quia os eius ad iracūdiam prouocaui. audite obsecro vniuersi populi et videte dolorem meum. virgines mee et iuuenes mei abierunt in captiuitatem. ℞. Uelum templi scissum est et omnis terra tremuit latro de cruce clamabat dicēs Memento mei dn̄e dum veneris in regnum tuum. ℣. Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso. Memēto mei.

Lectio tercia. Coph.

Uocaui amicos meos et ipsi deceperunt me. sacerdotes mei et senes mei in vrbe consumpti sunt quia quesierunt cibum sibi vt refocilarent animam suam. Res. Uide domine quoniam tribulor venter meus turbatus est subuersum est cor meum in memetipsa qm̄ amaritudine plena sum. foris interfecit gladius et domi mors similis est. audierūt quia ingemisco ego et nō est qui cōsolet me ℞. Uinea mea electa ego te plātaui Quomodo conuersa es in amaritudinē vt me crucifigeres et barrabam dimitteres. ℣. Ego quidē plantaui te vineam meam electam. Quomodo In secundo noct. an̄. Uim faciebant qui querebant animam meam. ps. Dn̄e ne. secūdus. an̄. Confundātur et reuertantur qui querunt animam vt auferant eam. ps. Expectans. an̄. Alieni insurrexerunt in me et fortes quesierunt animam meam. ps. Deus in nomine ℣. Insurrexerunt. L. iiii. Sen.

Omnes inimici mei audierunt malū meum letati sūt qm̄ tu fecisti adduxisti diem consolationis et fient similes mei. Thau. Ingrediatur omne malum eorum coram te et deuindemia eos sicut vindemiasti me propter om̄s iniquitates meas. multi enim gemitus mei et cor meum merens. Aleph. Quomodo obtexit caligine in furore suo dominus filias syon proiecit de celo in terram inclitū israhel et nō est recordat⁹ scabelli pedum suorum in die furoris sui ℞. Tanquam ad latronem existis cum gladiis cōprehendere me quottidie apud vos eram in templo docens et non me tenuistis et ecce flagellatum ducitis Ad crucifigendum. ℣. Filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de illo ve autem homini illi per quem tradetur. Ad crucifigē dum. Lectio quinta. Beth.

Precipitauit dominus nec pepercit omnia speciosa iacob destruxit in furore suo munitiones virgines inde deiecit in terram polluit regnum et principes eius. Gimel. Confregit in die furoris omne cornu israhel auertit retrorsū dexteram suam a facie inimici et succendit in iacob quasi ignem flamme deuorantis in gyro. Deleth. Tetendit arcum suum quasi inimicus firmauit dexteram quasi hostis et occidit omne quod pulchrum erat visu in tabernaculum filie syon effudit quasi ignē indignationem suam.

℞. Tenebre facte sunt dum crucifixissent ihesum iudei et circa horam nonam exclamauit ihesus voce magna deus meus vt quid me dereliquisti et inclinato capite emisit spm̄ Tūc vnus ex militibus lancea latus eius perforauit et continuo exiuit sanguis et aqua. ℣. Et velū templi scissum est a summo vsque deorsum et omnis terra tremuit. Tūc Lectio sexta. He.

Factus est dominus velut inimicus precipitauit israhel precipitauit omnia menia eius dissipauit munitiōes eius et repleuit in filia

iuda humiliatum et humiliatã. Vau Et dissipauit quasi ortum tentorium suum demolitus est tabernaculuz suum obliuioni tradidit dñs in syon festiuitatem et sabbatum obprobrium et indignationem furoris sui regez et sacerdotem. Zay Reppulit dñs altare suum maledixit sanctificatiõi suae tradidit inimicis muros turrium ei9 vocem dederunt in domo dominisi cut in die solenni

℟. Barrabas latro dimittitur et innocens xpũs occiditur nam et iudas armidoctus sceleris per pacem didicit facere bellum Osculando tradidit dñm ihesum xpm. ℣. Ecce turba et qui vocabatur iudas venit et cũ appropinquaret ad ihesum. Osculando. ¶ In tercio nocturno añ. Ab insurgentibus in me libera me domine quia occupauerunt animam meam. ps. ¶ Eripe me de inimicis meis. añ. Longe fecisti notos meos a me traditus sum et non egrediebar ps Dñe deus sa. añ. Captabant in animaz iusti et sanguinem innocentem condemnabunt. ps. Deus vltionũ. ℣. Vim faciebant.

Egressus est ihesus cum discipulis suis trans torrẽtem cedron. vbi erat ortus in quẽ introiuit ipse et discipuli eius. Terminato magno plixoq3 sermone quez post cenam dñs fundendo pro nobis proximuz sanguinẽ ad discipulos habuit qui cum illo tunc erant. adiuncta oratione quã dixerit ad patrem. deinde eius passionem iohannes euãgelista sic orsus est hec cum dixisset ihesus. egressus est cum discipulis suis trans torrẽtem cedron vbi erat ortus in quez introiuit ipse et discipuli eius. Sciebat autem et iudas qui tradebat eum locum. quia frequẽter ihesus cõuenerat illuc cũ discipulis suis ℟. Tradiderunt me in manus impiorum et inter iniquos proiecerunt me et non pepercerunt anime mee congregati sunt aduersum me fortes. Et sicut gygantes steterunt contra me. ℣. Astiterunt reges terre et principes conuenerũt in vnum. Et.

¶ Lectio octaua.

Hoc qđ narrat ingressum dominum cum discipulis suis in ortum non continuo factum est. cum eius illa finita esset oratio. de cuius verbis ait Hec cum dixisset ihesus. sed alia quedam sunt interposita que apud istos pretermissa apud alios euangelistas legunt. sicut apud hunc inueniũtur multa que illi similiter in sua narratione tacuerunt. Nunc itaq3 hui9 beati iohãnis narrationem vt susceptmus tractãdam sine aliorum compatione videamus in eis que manifesta sunt non immorantes vt hoc vbi opus est causa poscente faciamus.

℟. Ihesum tradidit impius summis principibus sacerdotum et senioribus populi petrus autez sequebatur a longe Ut videret finem. Et ingressus petrus atrium principis sacerdotum. Ut. Lec. nona.

Non ergo sic accipiamus qđ ait Hec cum dixisset ihesus egressus est cum discipulis suis trans torrentem cedron vbi erat ortus. in quẽ introiuit ipse et discipuli eius tanq3 continuo post illa verba in illum ortum fuerit ingressus. sed ad hoc valeat qđ dictum est. hec cum dixisset ihesus vt non eum ante opinemur ingressum q3 illa verba finiret Sciebat inquit et iudas qui tradebat eum locum. Ordo verbor est sciebat locum qui tradebat euz quia frequẽter inquit ihesus conuenerat illuc cum discipulis suis. ibi ergo lupus ouinia pelle indutus. et inter oues alto patrisfamilias consilio tole

Quod ipso quoqz statu temporis quo vel mortuus in cruce vel a mortuis resurrexit ostendit. circa horam quippe nonā cū inclinata esset iam ad vesperam dies et tepefactus a meridiano feruore radius solis victoriosissime misteriū passionis psūauit. euidenter se insinuās propter auferenda scelera quibus a diuina luce et dilectione in huius nocte peregrinationis incidimus crucis subisse patibulum.
℟. Agnus dei christus immolatus est pro salute mundi nam de parentis prothoplasti fraude facta condolens quando pomi noxialis morsu morte corruit ipse lignum tunc notauit Damna ligni vt solueret. ℣. Xpūs factus ē pro nobis obediēs vsqz ad mortem mortem autem crucis. Dāna.

Lectio nona.

Urrexit mane prima sabbati que nunc dies dominica vocatur. manifeste docens nos a morte resuscitatos in lucez perpetue felicitatis esse producturnm. sed et aliud nobis memorabile misterium tēpore sue passionis. sepulture et resurrectionis intimare curauit. sexta qppe feria crucifixus est sabbato quieuit in sepulcro. dominica resurrexit a mortuis significās electis suis p sex huius seculi etates. inter pericula persecutionum bonis operibus insudandum. in alia autem vita quasi in sabbato perpetuo requiem animarum sperandam.
℟. Sicut ouis ad occisionem ductus est et dum male tractaretur no aperuit os suum. Traditus est ad mortem vt viuificaret populum suum. ℣. In pace factus est locus eius et in syon habitatio eius. Traditus. In laudibus añ. O mors ero mors tua morsus tuus ero inferne. ps. Miserere. añ. Plangent eam quasi vnigenitum quia innocens dñs occisus est. ps. Iudica. añ. Attendite vniuersi populi et videte dolorem meum. ps. Deus deus meus. añ. A porta inferi erue dñe animam meam. ps Ego dixi. añ. O vos omnes qui transitis per viam attendite et videte si est dolor sicut dolor meus. ps. Laud. Mulieres sedentes ad monumentum lamentabantur flentes dominum. ps Bñd. Sequitur Kyriel. vt sup.
Regula ad horas seruatur idem ordo qui et in quinta feria. sed tamen ℟. cum ℣. de hysto. sabbati dicūtur ad horas in ordine. Ad primā ℟. Sepulto domino. ℣. In pace in idipsum. Sequūtur preces Ad terciam responsorium Hierusalez ℣. Caro mea vt sup. Ad sextam ℟. Plange. ℣. deus adiuuat me tc. vt supra Ad nonam respōsorium. recessit. ℣. In pace in idipsum vt supra.
Sabbato sancte pasce Ad vesp. non dicitur deus in adiutorium sed añ. All. alla ps. Laud. d. o. gē. añ. tota ante. Vespe autem sabbati que lucessit in prima sabbati venit maria magdalene et altera maria videre sepulcrum alleluia. ps. Magnificat. Dominus vobiscum dicitur ante orationem et post. Oratio.

Resta quesumus omnipotēs et misericors deus vt in resurretiōe domini nostri ihesu cristi percipiamus et nos veraciter portionem. qui tecum.
Ad completo. non dicitur Conuerte nos neqz Deus in adiutoriuz. sed incipitur ab añ. Alleluia. ps. Cū inuocarem cū aliis et cum gloria. Non dicitur Hymnus nec capitu. neqz Nūc dimittis. sed tantūmō sequitur ℟. Hec dies quaz fecit dominus exultemus et letemur in ea. Sequitur Dominus vobiscum. Oratio Presta quesumus. vt supra. Regula hoc modo agitur per omēs horas diurnas exceptis vesperis et matuti. in ebdomada

pascai sequenti.
In die sancto pasce ad matuti. Domine labia dicitur et deus in adiutorium In uitatorium. Alleluia alleluia alleluia. ps. Venite. Non dicitur hymnus.
In primo nocturno an. Ego sum qui sum et consilium meum non est cum impiis sed in lege dni voluntas mea est alleluia. ps. Beatus vir. an. Postulaui patrem meum alleluia dedit mihi gentes alleluia. in hereditatem alleluia. ps Quare fre. an. Ego dormiui et sompnum cepi et exurrexi quoniam dns suscepit me allia alleluia. ps. Dne quid multi. v. Resurrexit dns sicut dixit vobis allia. L. pria

Secundum Marcum

In illo tempore. maria magdalene et maria solomee abeuntes emerunt aromata vt venientes vngerent ihesum. Et valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumentum orto iam sole. Et reliqua.
Ome. Beati grego. pa. de ea. lectio.

Multis vobis lectionibus fratres karissimi per dictatu loqui consueui. sed quia lacescente stomacho ea que dictauero legere ipse non possum. quosda vestrum minus libenter intueor. vnde nuc a memetipso exigere contra morem volo vt inter sacra missarum solennia lectionem sancti euangelij non dictando sed colloquendo edisseram. Audistis fratres karissimi. quod sancte mulieres que dnm fuerant secute. cu aromatibus ad monumentum venerunt et ei que viuentem dilexerant. etiam mortuo studio humanitatis obsecut sed res gesta aliquid in sancta ecclesia signat gerendum.
R. Angelus dni descendit de celo et accedens reuoluit lapidem et super eum sedit et dixit mulieribus nolite timere scio eni quia crucifixum queritis Iam surrexit venite et videte locum vbi positus erat dominus alleluia. v. Angelus dni locutus est mulieribus dicens quem queritis an ihesum queritis. Iam surrexit. Gloria.

Lectio octaua.

Hic quippe necesse est vt audiamus que facta sunt. quatenus cogitemus etiam que nobis sunt eorum imitatione facienda. Et nos ergo in eo. qui est mortuus credentes si odore virtutum refecti cum opinione bonorum operu dnm querimus ad monumetum pfecto illius cu aromatibus venimus. Ille aute mulieres angelos vident que cum aromatibus venerut quia videlicet ille mentes supernos ciues aspiciunt que cu virtutum odoribus ad deum per sancta desideria proficiscuntur.
R Angelus dni locutus est mulieribus dicens que queritis an ihesum queritis iam surrexit Uenite et videte alleluia. v. Ecce precedet vos in galileeam ibi eum videbitis sicut dixit vobis. Uenite. gloria

Lectio tercia.

Notandum vero nobis est quona sit quod in dexteris sedere angelus cernitur. quid namque per sinistram nisi vita pns quid vero per dexteram nisi perpetua vita signatur. vnde scriptu est. leua eius sub capite meo et dextera illius amplexabitur me. quia igitur redemptor noster iam presentis vite corruptionem transierat recte angelus qui nunciare perhennem eius vitam venerat in dextera sedebat. qui stola candida coopertus apparuit. quia festiuitatis nostre gaudia nunciauit Candor etenim vestis splendorem nre denunciat solenitatis
R. Dum transisset sabbatum maria magdalene et maria iacobi et salomee emerunt aromata Ut venientes vngerent

ihesum alleluia alleluia. ℣. Et valde mane vna sabbatorum veniūt ad monumentum orto iam sole. Ut venientes. gloria patri. ℟. Dum transisset. ps. Te deū. ℣. In resurrectione tua christe Celum et terra letentur alleluia. ¶ In laudibus añ. Angelus eñ domini descendit de celo ⁊ accedens reuoluit lapidē et sedebat sup eū alleluia alleluia. ps. Dñs regnauit. añ. Et ecce terremotus factus est magnus angelus eñ dñi descendit de celo alleluia. ps. Jubilate. añ. Erat autem aspectus eius sicut fulgur vestimenta eius sicut nix alleluia allelia. ps Deus deus meus. añ. Pre timore autem eius exterriti sunt custodes et facti sunt velut mortui alleluia. ps. Bñd. o. añ respondens autem angelus dixit mulieribus nolite timere scio eñ qꝫ ihesū queritis allelia. ps. Laud. d.

Capitulum.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suã ponit pro ouibus suis. Et reliqua.

Ome. beati Gre. P. de eadem lectione.

Audistis fratres karissimi ex lectione euangelica eruditiõẽ vestram. audistis ex lectione euãgelica periculum nostrum. Ecce enĩ is qui non ex accidenti dono. sed essẽcialiter bonus est. dicit Ego sum pastor bonus. atq; ideo eiusdem bonitatis formam quam nos imitemur adiungit dicens. Bonus pastor animaz suam ponit pro ouibus suis. Fecit quod monuit. ostẽdit quod iussit.

℟. Vidi portam ciuitatis ad orientez positam et apostolorum nomina et agni super eam scripta et super muros eius angelorum custodiam allã. ℣. Vidi sanctam ciuitatem hierusalem descendentez de celo ornatam tanq; sponsam viro suo Et super muros eius angelorum custodiam.

Lectio octaua.

Bonus pastor animam suam pro ouibus posuit. vt in sacramento nostro corpus suum. et sanguinem verteret. et oues quas redemerat. carnis sue alimento saciaret. Ostensa nobis est de contemptu mortis via quam sequamur apposita forma cui, imprimamur. Primum nobis est exteriora nostra misericorditer ouibus eius impendere. postremum si necesse sit etiam mortem nostram pro eisdem ouibus ministrare. A primo autem hoc minimo peruenitur ad postremum hoc maius. Tu autem

℟. Ostendit mihi angelus fontem aque viue et dixit ad me alleluia Hic deum adora allã allã allã. ℣. Vidi angelum dei vt supra. Hic deũ.

Lectio nona.

S Ed cum incomparabiliter lon-
ge sit melior anima qua viui-
mus a terrena substantia quā
exterius possidemus cur non dat pro
ouibus substantiam suam. quando p
his daturus est animam suam. et sūt
nōnulli qui dum plus terrenam sub-
stantiam q̄ oues diligunt. hi merito
nomen pastoris perdunt. De quibus
protinus subditur. mercenarius autē
et qui non est pastor cuius non sunt
oues proprie. videt lupum venientez
et dimittit oues et fugit. non pastor
sed mercenarius vocatur qui nō pro
amore intimo oues dn̄icas se ad tpa-
les mercedes pascit
℟. Uidi hierusalem descendentem de ce
lo ornatam auro mundo et lapidibus pre
ciosis Intextam alleluia allā. ℣. Ab intus
in fimbriis aureis circūamicta varietate
Intextam. p̄s. Te deum. ℣. in resurre
ctione tua. In laudibus an̄. Allā allelu
ia. p̄s. Dn̄s reg. cum aliis. Capi. Surre
xit xp̄us. Hymnus Chorus noue. ℣.
Surrexit dn̄s de sepulcro. an̄. Ego sum
pastor ouium. ego sum via et veritas. ego
sum pastor bonus et cognosco oues meas
et cognoscūt me mee allā allā. p̄s. Bn̄d.
Oratio. Deus qui in filij. ¶ Ad priaz
Hymnus Iam lucis. an̄. Allā sola. p̄s
Deus deus meus. cum aliis Cōfitemini
dicitur. ℟ Xp̄e fili dei viui qui surrexisti
a mortuis ⁊c̄. Ad terciam an̄. Alleluia
Capitulum Surrexit xp̄us. cum aliis
vt supra. Oratio Deus qui in filij. Ad
vespe. an̄. Alleluia. p̄s. Dixit dn̄s. cum
aliis an̄. Capi. Xp̄us resurgēs. Hymn⁹
Ad cenā. ℣. Mane nobiscum. an̄. Mer
cenarius autem et qui non est pastor cui⁹
non sunt oues proprie videt lupuz veniē
tem et dimittit oues et fugit alleluia. p̄s
Magnificat. Oratio Deus qui in fi-
lij. Ad comple. vt supra. Feria se
cunda Inuitato. Alleluia. p̄s. Venite ex.

Hymnus Te lucis. an̄. Alleluia. p̄s
Dn̄s illuminatio. cum aliis. ℣. Resur-
rexit dominus. ¶ Lectio prima
P Ost hec vidi et ecce hostium
apertum in celo. et vox prima
quā audiui tanq̄ȝ tube loquen
tis mecū dicens. ascende huc et osten
dam tibi que oportet fieri post hec.
Regula. Si vero historia. dignus es dn̄e
die dominicali dici non valeat q̄ȝ per eb-
domadam preceden. vel subsequē. dicta fu
erit vel dicenda sufficere debet Similiter
et si vlteriora ℟. videlicet Speciosa. cuȝ
aliis duobus in ebdo. preceden̄. non fue-
rit dicta seqn̄. ebdo. primo debent dici.
Si histo. dn̄ical' integre pri⁹ fuerit dicta
℟. Speciosa facta es et suauis in delici-
is tuis alleluia altitudo tua similis est pal
me in sufficienter. In plenitudine carita
tis allā allā. ℣. Ego diligentes me diligo
et qui mane vigilauerint ad me venient
In ple. ¶ Lectio secūda
S Tatim fui in spiritu et ecce
sedes posita erat in celo. et sup
sedē sedens. et qui sedebat simis
erat aspectu lapidis iaspidis ⁊ sardinis
et iris erat in circuitu sedis similis vi
sionis smaragdine. et in circuitu sedis
sedilia vigintiquatuor.
℟. In diademate capitis aaron lapides
preciosi fulgebant Duȝ perficeretur op⁹
dei alleluia alleluia allā. ℣. Corona aurea
super caput eius expressa signo sanctita-
tis. Dum. ¶ Lectio tercia
E T supra thronos viginti qua
tuor seniores sedentes circum
amicti vestimentis albis. et in
capitibus corone auree. et de throno
procedebant fulgura et voces et toni
trua et septem lampades ardentes an
te thronum qui sunt septem spiritus
dei. et in conspectu sedis. tanq̄ȝ mare
vitreum simile cristallo. et in medio
sedis et in circuitu sedis quatuor aia

lia plena oculis ante et retro.
℟. Platee tue hierusalem sternentur auro mundo alleluia alleluia Et cantabitur in te canticum leticie alleluia et per omnes vicos tuos ab vniuersis dicetur alleluia allã. ℣. Quoniam confortauit seras portarum tuarum benedixit filiis tuis in te. Et cantabitur. Non dicitur Te deum ℣. In resurrectione. In laudibus añ. Alleluia. ps. Dñs reg. Capi. Surrexit xpus. Hymnus Aurora. ℣. Surrexit dñs de sepulcro. añ. Quem queris mulier alleluia. Uiuentem cum mortuis alleluia ps. Beneď. Oratio Deus qui in filij Sequũtur memo. feriales. Ad horas vt supra Regula Si vero hiis feriis precedeñ. vel subseqũẽ. de aliquibus sanctis debeant hore fieri sine Te deum. cũ aliqua legenda temporis dicãtur ℟. sanctis cõuenientia. ¶ Feria secũda ad vesperos añ. Allã cum aliis. ps. Dilexi. cum aliis. Capi. Xpus resurgens. Hymnus Ad cenam. Mane nobiscum. añ. Et respicientes viderunt reuolutum lapidem erat quippe magnus valde alleluia. ps. Magnificat. Oratio. Deus qui in fi. Memo. feriales. ¶ Ad comple. vt supra Feria tercia. Alleluia Hymnus. Te lucis Noctur. diei. ℣. Resurrexit d. L. prima

Et animal primum simile leoni. et secundum animal simile vitulo. et tercium animal habens faciem quasi hominis. et quartum aĩal simile aquile volanti et quatuor aĩalia singula eorum habebãt alas senas. et in circuitu et intus plena sunt oculis. et requiem non habebant die ac nocte dicentia. sanctus sãctus sanctus dñs deus omnipotẽs qui erat et qui est et qui venturus est.
℟. veniens a libano q̃3 pulcra facta est alleluia et odor vestimentorum eius Super omnia aromata allã allã. ℣. speciosa facta es et suauis in deliciis tuis. Super.

¶ Lectio secũda

Et cum darent illa aĩalia gloriam et honorez et benedictionẽ sedenti super thronum viuẽti in secula seculorum. procidebãt viginti quatuor seniores ante sedentẽ in throno et adorabant viuentem in secula seculoruz. et mittebãt coronas suas ante thronuz dicentes. dignus es domine deus noster accipere gloriam et honorem et virtutem quia tu creasti omnia et propter voluntatem tuam erant et creata sunt.
℟. Hec est hierusalem ciuitas magna celestis ornata tanq̃3 sponsa agni Quõ tabernaculum facta est alleluia. ℣. Uidi sanctã ciuitatem hierusalem descendentem de celo ornatam tanq̃3 sponsam viro suo. Quoniam taber. ¶ Lectio tercia.

Et vidi in dextera sedentis supra thronum librum scriptuz intus et foris signatum sigillis septem. et audiui angelum fortem predicantem voce magna. quis est dignus aperire librum et soluere signacula eius. et nemo poterat in celo neq3 in terra neq3 subtus terram aperire librum neq3 respicere illum. et ego flebam multuz quia nemo dign9 inuentus est aperire librum nec videre eum.
℟. Docete filios vestros allã vt memoriter teneant alleluia Et ore decantent alleluia allã. Confiteantur dño mie eius et mirabilia eius filiis hominum. Et ore. nõ dicitur Te deum. ℣. In resurrectio. In laudibus añ. Allã. Dñs reg. Capitu. Surrexit xpũs. Hymnus. Aurora. ℣. Surrexit dñs de sepulcro. añ. Precedam vos in galileã ibi me videbitis sicut dixi vobis alleluia allã. ps. Bñď. Oratio. vt supra Sequũtur memo. feriales. Ad vespe. añ. Alleluia. ps. Letatus sum. cũ aliis. Capitulum. Christus resurgens.

Hymnus Ad cenam. ℣. Mane nobiscũ añ. Surrexit dñs de sepulcro qui pro nobis pependit in ligno alleluia. ps. Magnificat. Oratio vt supra. Deinde memorie feriales. Feria quarta A laũ Nocturnum. ℣. Resurrexit. ❡ Lectio prima.

Et vnus de seniorib9 dixit mihi ne fleueris. Ecce vicit leo de tribu iuda radix dauid aperire librum et soluere septem signacula eius. et vidi. et ecce in medio throni et quatuor aĩalium. et in medio seniorum agnum stantem tanq̃ occisũ habentem cornua septem oculos septem qui sunt septem spiritus dei missi in omnem terram. et venit et accepit de dextera sedẽtis in throno librũ. ℟. Dignus es. cum aliis duobus.

Et cum aperuisset librum quatuor animalia et viginti quatuor seniores ceciderunt coram agno habentes singuli cytharas et phyalas aureas plenas odoramentorum q̃ sunt orationes sanctorum et cantabãt canticum nouum dicentes. dignus es domine deus noster accipere librum et aperire signacula eius quoniam occisus es et redemisti nos deus in sanguine tuo ex omni tribu et lingua et populo et natione et fecisti nos deo nostro regnum et sacerdotes et regnabimus super terram.

Lectio tercia.

Et vidi et audiui vocem angelorum multorum in circuitu throni et animalium et seniorum et erat numerus eorum milia miliũ. dicẽtiũ voce magna. dign9 ẽ agn9 qui occisus est accipere virtutem et diuinitatem et sapientiam et fortitudinem et honorem et gloriam et benedictionem et omnem creaturam que in celo est et super terram et subtus terram et que sunt in mari et que in eo sunt omnes audiui dicentes sedenti in throno et agno. benedictio et honor et gloria et honor et potestas in sacula seculorum. et quatuor animalia dicebant amen. et seniores ceciderunt et adorauerunt.

Non dicitur Te deum. ℣. In resurrectione. In laudibus vt supra. añ. In galylea ihesum videbitis sicut dixit vobis alleluia ps. Bñd. Oratio vt supra deinde memorie feriales. Ad horas vt supra. Ad vespe añ. Alleluia. ps. Nisi dñs cũ aliis. Capi. Christus resurgens. Hymnus Ad cenam. ℣. Mane nobiscum. añ. Uenit maria nuncians discipulis quia vidi dominũ allã. ps. Magnificat. Oratio vt supra. Deinde memo. feriales. Ad comple. vt su. Feria quinta Inuitatorium Alleluia. ps. Uenite. Hymnus Te lucis. Noctur. ℣ Resurre. ❡ Lectio prima.

Et vidi q̃ aperuisset agnus vnum de septem signaculis et audiui vnum de quatuor animalibus dicens tanq̃ vocem tonitrui veni et vide. et ecce equus albus et q sedebat super eum habebat arcum et data est ei corona. et exiuit vincens vt vinceret.

℟. Locutus est. cum aliis duobus. vel alia. ❡ Lectio secũda

Et cum aperuisset sigillum secundum. audiui secũdum aĩal dicens veni et vide. et exiuit equus ruffus. et qui sedebat super illum datum est ei vt sumeret pacẽ de terra et vt inuicem se interficiant et datus est illi gladius magnus.

Et cum aperuisset sigillum tercium. audiui tercium aĩal dicens veni et vide. et ecce equ9 niger et sedebat super eum habebat stateram in manu sua. et audiui vocẽ

in medio quatuor aialium dicentium
Bilibris tritici denario. et tres bili-
bres ordei denario. et vinū et oleū ne
leseris. Te deū non dicit. ℣. In resur In
añ. Ihesum qui crucifixus est queritis al
leluia non est hic surrexit enim sicut dixit
vobis alleluia. ps̄. Bñdictus. Oratio
vt supra. Deinde memo. feriales. Ad ho
ras vt supra. Ad vespe. añ. Alleluia. ps̄
Memento dñe. cum aliis ⁊c. vt supra añ
Ite nunciate fratribus meis allā vt eant
in galileam ibi me videbunt allā allā allā
ps̄. Magnificat Oratio vt supra. Dein
de memo. feriales. Ad completo. vt s̄.
Feria sexta. Lectio prima.

ET cum aperuisset sigillū quar
tum audiui vocem quarti aīa
lis dicentis. veni et vide. et ec
ce equus pallidus. et qui sedebat de
super nomen illi mors. et infernus se
quebatur eū. et data est illi potestas
super quatuor partes terre interfice-
re gladio fame et morte et bestijs ter
re. Lectio secūda.

ET cum aperuisset quintum si
gillum. vidi sub altare animas
interfectorum ꝑpter verbum
dei et propter testimonium qd̄ habe-
bant et clamabant voce magna dicē-
tes vsquequo domine sanctus et ve-
rus non iudicas et vindicas sangui-
nem nostrum de his qui habitant in
terra. Leccio tercia.

ET date sunt illis singule sto-
le albe. et dictum est illis vt
requiescerent tempus adhuc modicū
donec impleantur conserui eorum q
interficiendi sunt sicut et illi. et vidi
cum aperuisset sigillum sextum. et ec-
ce terremotus factus est magnus. et
sol factus est niger tanq̄ saccus cili-
cinus et luna facta est sicut sanguis
et stelle celi ceciderunt super terram.
Post passionē. quere ante. cetera omnia vt
sup̄. Sabbato Fit memo. de beata maria
nisi aliquid impediat prout sabba. prece-
den. continetur. Sabbato secūde dñice
post octa. pasce. Ad vespe. Alleluia. ps̄.
Bñd. cum aliis. Capitu. Omne qd̄
natum. Hymnus Vita sanctorum.
℣. Mane nobiscum. añ. Alias oues ha-
beo que nō sunt ex hoc ouili et illas opor
tet me adducere et vocem meam audient
et fiet vnum ouile et vnus pastor alleluia
ps̄. Magnificat. Oratio.

DEus qui errantibus vt in vi-
am possint redire iustitie veri
tatis tue lumen ostendis. da
cunctis qui christiana professione cē
sentur et illa respuere que huic inimi
ca sūt nomini et ea q̄ sūt apta sectari
Sequitur Christus resurgens. absq3 di-
cant nunc. ℣. Dicite in nationibus. Ora-
tio Solita. Ad comple. vt supra. Inui
ta. Alleluia allā. ps̄. Venite. Hymnus
Te lucis. añ. Allā. ps̄. Beatus vir. cū
aliis vt dominica preceden. Lectio prima

POst hec vidi quatuor ange-
los stantes super quatuor an
gulos terre tenētes quatuor vē
tos terre ne flaret vētus sup terram
neq3 sup̄ mare neq3 in vllā arborem
℟. Dignus es. cū aliis vt dñica preceđ.

ET vidi alteꝝ angelū ascēdētez
ab ortu solis hñtez signuz dei
viui ⁊ clamauit voce magna
quatuor angelis qb9 datū est nocere
terre ⁊ mari dicēs nolite nocere terre
neq3 mari neq3 arborib9 quoadus-
q3 signemus seruos dei nr̄i in frōtib9

ET audiui numeꝝ signatoꝝ cē-
tūquadragintaquatuor milia si
gnati. ex oī tribu filiorū israel
Ex tribu iuda duodecim milia signa-
ti. ex tribu ruben duodecim milia si-
gnati. Ex tribu gad duodecim milia
signati. ex tribu asser duodecim milia
signati. Lectio quarta.

Ex tribu neptalim duodecim milia signati.et tribu manasse duodecim milia signati.ex tribu symeon duodecim milia signati.ex tribu leui duodecim milia signati

Lectio quinta

Ex tribu ysachar duodeciz milia signati. ex tribu zabulon duodecim milia signati.ex tribu ioseph duodecim milia signati. ex tribu benniamin duodecim milia signati.

Lectio sexta.

Post hec vidi turbam magnā quam nemo dinumerare poterat ex oibus gentibus et tribubus et populis et linguis stantes ante thronum et in conspectu agni.amicti stolis albis et palme in manibus eorum et clamabant voce magna dicentes. Salus deo nostro qui sedet sup thronum et agno.

Secundum Johannem.

In illo tempore. dixit ihesus discipulis suis. Modicum et iam nō videbitis me et iteruz modicum et videbitis me quia vado ad patrem.et reliqua.

Ome ve. Be. P.de eadem lectione

Notandum autem quod tota lectionis huius euuāgelice series illis cōuenit qui eam presentes audierunt a dño. pars autem illius etiam nobis qui post passionem et resurrectionem dominicam ad fidem venimus aptissime cōgruit

Lectio octaua

Quod ergo ait modicum et iā non videbitis me et iterū modicum et videbitis me quia ad patrem vado.ad illos pertinet specialiter qui eius discipulatui predicantis in carne adherere et p[9] tristiti passionis visa resurrectione et ascensiōe eius letificari meruerunt. nam quia hec illa qua tradebatur nocte locut[9] est modicum erat.id est eiusdem noctis et diei sequentis tempus vsq3 ad horam qua illum non videre inciperent.

Lectio nona.

Ventus ē noctu a iudeis ⁊ in crastinum crucifixus cum sero factum esset depositus ē de cruce et intra septa sepulcri ab humanis seclusus obtutibus. et iterum modicum erat vsq3 dum illum viderent. surrexit enim a mortuis tercia die et apparuit eis in multis argumētis per dies quadraginta.

ps. Te deum. V. In resurrectio. In laudibus vt supra. añ. Modicum et non videbitis me dicit dñs iterum modicum et videbitis me quia vado ad patrem alleluia alleluia. ps. Bñd. Oratio Deus qui errātibus. vt supra. Ad primam et ad alias horas sicut dñica precedē.añ.Alleluia.ps.Dixit dñs. cum aliis añ.ps.La. Hym.V. Ad vespe. añ. Amen amen dico vobis plorabitis et flebitis vos mūdus autem gaudebit tristicia vertetur in gaudium alleluia allā ps. Magnificat. Oratio vt supra.Ad completo..vt supra

Feria secunda

Lectio prima

Et omnes angeli stabāt in circuitu throni et seniorū et quatuor animalium et ceciderunt in conspectu throni in facies suas ⁊ adorauerunt deum dicentes amen benedictio ⁊ claritas et sapientia et gratiarum actio honor et virtus et fortitudo deo nostro in secula seculorum. R. Dignus es.cū aliis duobus.

Lectio secunda

Et respondit vnus de senioribus dicens mihi. hi qui amicti sunt stolis albis qui sunt et vnde venerunt.et dixi illi. domine mi tu scis.

Lectio tercia.

Et dixit mihi. hi sunt qui venerunt de tribulatione magna. et lauerunt stolas suas. et dealbauerūt eas in sanguine agni. ideo sunt ante thronū dei et seruiunt ei die ac nocte in templo eius. et qui sedet in throno habitat super illos.
In laudibus vt supra. Super Benedi. añ. Et ingresse. quere supra. Oratio. Deus errātibus. Sequūtur memorie feria. Ad horas vt supra. Ad vesp. Allā feriale cum ps. diei. cū añ. super Magnificat. añ. Ardens est. Oratio vt supra.
Feria tercia

Lectio prima.

Et cum aperuisset sigillum septimum factum et silentium in celo quasi media hora. Et vidi septem angelos stantes in conspectu dei. et date sūt illis septē tube.

Lectio secūda.

Et alius angelus venit et stetit ante altare habens thuribulum aureum et data sunt illi incēsa multa. vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureuz quod est ante thronum.

Lectio tercia.

Et ascendit fumus incensoruz de orationibus sanctorum. de manu angeli coram deo. et accepit angelus thuribulum et impleuit illud de igne altaris et misit in terram. et facta sunt tonitrua et voces et fulgura et terremotus. et septez angeli qui habebant septem tubas parauerunt se vt tuba canerent.
℟. Locutus est. cum aliis duobus. añ. super bñdictus. Quē queris mulier. Oratio vt supra. Ad vespe super Magnificat. Nonne cor nostrum. vt supra. Sequūtur memo. feriales. Feria quarta.

Lectio prima

Et primus angelus tuba cecinit et facta est grando et ignis mixta in sanguine et missum ē in terram et tercia pars terre combusta est. et omne fenum combustuz est

Lectio secunda.

Et secundus angelus tuba cecinit et tanq̄ mons magnus igne ardens missus est in mare. et facta est tercia pars maris sanguis et mortua est tercia pars creature que habebat animas et tercia pars nauium interijt.

Lectio tercia.

Et tercius angelus tuba cecinit. et cecidit stella de celo magna ardens tanq̄ facula et cecidit in terciam partem fluminum et in fontes aquarum. et nomen stelle dicitur absincius. Et facta est tercia pars aquarum in absincium et multi hominum mortui sunt de aquis quia amare facte sunt.
℟. Vidi portam. cū aliis duobus. Super Bñdictus añ. In galilea ihesum. quere supra. Ad vespe. super Magnificat añ. Et respicientes. Feria sexta.

Lectio prima.

Et quartus angelus tuba cecinit et percussa est tercia pars solis et tercia pars lune et tercia pars stellarum. ita vt obscuraret tercia pars eorum et non luceret tercia pars diei et noctis similiter.

Lectio secunda.

Et vidi et audiui vocem vnius aquile volantis per mediū celum dicentis voce magna Ve ve ve habitantibus in terra de ceteris vocibus tube trium angelorum qui erant tuba canituri.

Lectio tercia.

Et quintus angelus tuba cecinit et vidi stellam cecidisse de

celo in terrã et data est illi clauis pu-
tei abyssi.et apparuit puteũ abyssi.et
ascendit fumus putei sicut fumꝰ for
nacis magne et obscuratꝰ est aer de
fumo putei.et de fumo exierunt locu
ste in terram.et data est illis potestas
sicut habent potestatem scorpiones
terre.
℟. Dignus es dñe.super benedictus Pre
cedam vos. Oratio vt supra. Ad vespe.
super Magnificat Surrexit dñs de sepul
cro.Oratio vt supra.Feria sexta.L pria.

Et preceptuz est locustis ne e
derent fenum terre neqȝ om-
ne viridum neqȝ omnem ar-
borem nisi tantum hom nes qui non
habebant signum dei in frõtibꝰ suis

¶ Lectio secũda.

Et datum est eis ne occiderẽt
eos sed vt cruciarentur mensi
bus quinqȝ et cruciatus eorꝝ
vt cruciatus scorpij cũ percutit ho-
mines.et in diebus illis querent ho-
mines mortem et non inuenient eam
et cupiẽt mori et fugiet mors ab ipis

¶ Lectio tercia.

Et similitudines locustarum si
miles equis paratis in preliũ
et super capita eorũ tanq̃ corone si
miles auro.et facies earum sicut faci
es hominum et habebant capillos si
cut capillos mulierum et dentes earꝝ
sicut leonum erant.et habebant lori-
cas sicut loricas ferreas.Tu autem.
℟. Locutus est.cum aliis duobus. Sup
Benedictus añ. Post passionem.Ad ves-
pe. sicut decet. Sabbato fit de beata
maria virgine nisi aliquid impediat vt su
perius continetur.Sabbato tercie domi
nice post octa. pasce.Ad vespe. añ. Alle-
luia.ps.Benedi.cum aliis.Capitu. Omne
qđ natum Hymnus Vita sanctorum
℣. Mane nobiscum. añ. Iterum autẽ vi
debo vos et gaudebit cor vestrum et gau

dium vestrum nemo tollet a vobis allã.
ps. Magnificat.

¶ Oratio.

Deus qui fideliũ mẽtes vniꝰ
efficis voluntatis da populis
tuis id amare quod precipis
id desiderare quod promittis vt inter
mundanas varietates ibi nostra fixa
sint corda vbi vera sint gaudia. per.
Sequitur Xpus resurgens.absqȝ Dicit.
℣. Dicite in natio..Oratio Solita.
Ad comple. vt sup. Inuitatorium Alle-
luia allã. ps. Venite. Hymnus Te lu-
cis. añ. Alleluia allã allã. ps. Beatus
vir. vsqȝ Cõserua.℣. Cantate domino et
benedicite nomini eius. ¶ Incipit epi
stola sancti Iacobi apostoli.Lectio prima

Iacobus dei et domini nostri
ihesu christi seruus.duodecim
tribubus que sunt in dispersi
one salutem.omne gaudium existima
te fratres mei cum in temptationibꝰ
varijs incideritis scientes ꝙ probatõ
fidei vestre pacientiam operatur Pa
cientia autem opus perfectum habe
at.vt sitis perfecti et integri in nullo
deficiẽtes.tu autem.
℟.Si oblitus fuero tui alleluia obliuiscat
me dextera tua Adhereat lingua mea fau
cibus meis si non meminero tui allã alle
luia super flumina babilonis illic sedimꝰ
et fleuimus dum recordaremur tui syon.
Adhereat lingua mea.

¶ Lectio secunda.

Si quis vestrum autem indi-
get sapientia postulet a deo q
dat omnibus affluenter et nõ
improperat et dabitur ei. Postulet
autem in fide nihil hesitans. qui enĩ
hesitat similis est fluctui maris qui a
vento mouetur et circũfertur. Non
ergo estimet hõ ille quod accipiet ali
quid a domino.

℟. Viderunt te aque deus, viderunt te et timuerunt Multitudo sonitus aquarum vocem dederunt nubes allã allã alleluia. ℣. Illuxerunt choruscationes tue orbi terre cõmota est et cõtremuit terra. Multitudo sonitus. Lectio tercia.

Vir duplex animo inconstans est in omnibus vijs suis. glorietur autem frater humilis in exaltatione sua. diues autem in humilitate sua. quoniam flos feni transibit. exortus est enim sol cum ardore et arefecit fenum. et flos eius decidit et decor vultus eius deperiit. Ita et diues in itineribus suis marcescit Tu autem.

℟. In toto corde meo alleluia exquisiui te alleluia Ne repellas me a mandatis tu alleluia allã. ℣. Uide humilitatem meam et eripe me quia legem tuã non sum oblitus. Ne. In secundo nocturno añ. Alleluia allã allã allã. ps. Conserua. vsq; Celi enarrant. ℣. Iubilate dño L. quarta

Beatus vir qui suffert temptationem quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vite quam repromisit deus diligentibus se. nemo cũ temptatur dicat. quoniam a deo temptatur. Deus eñ intemptator malorum est. ipse enim neminem temptat. vnusquisq; vero temptatur a concupiscentia sua astrictus et illectus. Deinde cõcupiscentia cum conceperit parit peccatum. peccatum vero cum consumatum fuerit generat mortem.

℟. Allã audiuimus eam in effrata inuenimus eam in campis silue Introibimus in tabernaculum eius adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius alleluia alleluia. ℣. Surge domine in requiem tuam tu et archa sanctificationis tue. Introibimus in. Lectio quinta.

Nolite itaq; errare fr̃es mei dilectissimi omne datum optimum. et omne donum perfectũ de sursum est descendens a patre luminum apud quẽ non est trãsmutatio nec vicissitudinis obumbratio. voluntarie autem genuit nos verbo veritatis. vt simus inicium aliquod creature eius Scitis fratres mei dilectissimi. sit autem omnis homo velox ad audiendũ tardus autem ad loquendum et tardus ad iram. Ira enim viri iustitiam dei non operatur.

℟. Deduc me in semita mandatorum tuorum alleluia quoniam ipsam volui alleluia Inclina cor meum in testimonia tua alleluia alleluia alleluia. ℣. Auerte oculos meos ne videant vanitatem in via tua viuifica me. Inclina. Lectio. sexta.

Propter qd abicientes omnem immudiciam et habũdantiam malicie in mansuetudine suscipite insitum verbum quod potest saluare animas vestras. si quis autem putat se religiosum esse. nõ refrenãs linguam suã sed seducẽs cor suũ huius vana est religio. Religio munda et immaculata apud deum et patrem hec est. visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum. et immaculatum se custodire ab hoc seculo.

℟. Alleluia fac cum seruo tuo secundum mirabilia tua Alleluia allã allã. ℣. Seruus tuus sum ego da mihi intellectum vt discam mandata tua. Alleluia. In tercio nocturno añ. Alleluia allã allã. ps. Celi enarrant. ℣. Noli flere maria Resur. Secundum Iohãnem.

In illo tpe. dixit ihesus discipulis suis. vado ed eũ qui me misit et nemo ex vobis interrogat quo vadis. sed quia hec locutus sum vobis. Et reliqua.

Dme. ve. Be. P. de eadem lectione.

Sicut ex lectiõe euãgelica fratres karissimi audiuimus dñs et redemptor noster imminente sue passionis articulo discipulis et gloriaȝ ascensionis qua ipse post mortem et resurrectionem qua erat clarificandus et aduentũ spũs sancti quo illi erant illustrandi patefecit. quatinus instante hora passionis eiusdem minus pro illius morte dolerent quẽ post mortem ad celos subleuandum non dubitarent. minus de sua desolatione trepidarent quos abeunte licet dño spiritus sancti gratia consolandos sperarẽt.

℟. Narrabo nomen tuum fratribus meis alleluia In medio ecclesie laudabo te allã allã ℣. Qui timetis deum laudate eum vniuersum semen iacob magnificate euȝ In medio.

Lectio octaua.

Vado iqt ad eũ qui me misit. et nemo ex vobis interrogat me quo vadis. ac si aperte dicat Reuertar ad eum ascendo qui me in carnari cõstituit. et tãta tanq̃ manifesta erit ei⁹ dẽ ascẽsiõis claritas. vt nemini vestrũ opus sit interrogare quo vadis. videntibus cũctis quia ad celos pergam.

℟. In ecclesiis benedicite deo allã. Domino de fontibus israhel allã allã alleluia ℣. Cantate dño canticum nouum cantate dño omnis terra. Dño.

Lectio nona.

Bene autẽ cũ de ascensione sua dixisset vado ad eũ qui me misit addidit. et nemo ex vobis interrogat me quo vadis. superius nãq̃ cum de sua passione protestaretur dicens. quo ego vado vos non potestis venire interrogauit eum petrus et dixit. Dñe quo vadis. responsum q̃ est ei. quo ego vado non potes me modo sequi. sequiris aũt postea.

℟. Hymnum cantate nobis alleluia quomodo cantabimus canticum dñi in terra aliena allã alleluia. ℣. Super flumina babilonis illic sedimus et fleuimus dum recordaremur tui syon. In terra. ps̃. Te deum. ℣. In resurrectione tua. In laudibus. añ. Alleluia alleluia. ps̃. Dñs regnauit. cum aliis. Capi. Surrexit cristus. Hymnus Chorus noue. ℣. Surrexit dñs de sepulcro. añ. Vado ad eum qui misit me sed quia hec locutus suȝ vobis tristicia impleuit cor vestrum alleluia ps̃. Bñd. Oratio Deus qui fidelium Ad horas vt superius continetur.

Ad vespe. añ. Allã ps̃. Dixit dñs. cum aliis. Capi. Xp̃us resurgens. Hymn⁹ Ad cenam. ℣. Mane nobiscum. añ. Ego veritatem dico vobis expedit vobis vt ego vadam si eñi ego non abiero paraclitus non veniet alleluia. ps̃. Magnificat. Orõ Deus qui fideliũ. Ad cõple. vt s̃.

Regula Si hec hystoria Si oblitus. die dñicali dici non possit quia per ebdomadam sequentem dici poterit sufficit. Et si vlteriora ℟. ff. Deus canticum. in ebdo. sequeñ. dici non valeant in alia ebdo. fu sequen. primo dici debẽt si prius dicta fuerit hystoria dñicalis. Feria secũda Inuitato. Alleluia. ps̃. Venite. Hymnus Te lucis. Noctur. diei. ℣. Resurrexit. Incipit eplã beati petri apostoli prima.

Lectio prima.

Petrus apostolus ihesu xp̃i electis aduenis dispersionis ponti galatie capadocie asye et bithinie. scdm̃ pre'scientiã dei patris in sanctificationem spiritus in obedientiam et aspersionem sanguinis ihesu christu gratia vobis et pax multiplicetur.

℟. Alleluia In psalterio decem cordarum psallam tibi alleluia allã. ℣. Qui das salutẽ regibus qui liberasti dauid seruũ tuũ de gladio maligno eripe me. In psalte.

Lectio secunda

Benedictus deus et pater domini nostri ihesu christi. qui scd̃m magnam miam suam regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem ihesu xpi ex mortuis in hereditatẽ incorruptibilem et incontaminatam et immarcessibilem conseruatam in celis in vobis qui virtute dei custodimini per fidem in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo in quo exultabitis.

℟. Cantate deo alleluia Psalmum dicite ei alleluia. ℣. Date gloriam laudi eius. Psalmum.

Lectio tercia

Modicum nunc et si oportet cõtristari in varijs temptationibus vt probatio fidei vestre multo preciosior sit auro qd̃ per ignẽ probatur. inueniatur in laudez et gloriam et honorem in reualetionem ihesu xpi quem cum non videritis diligitis In quẽ nũc quoqz nõ videntes creditis. credentes autem exultatis leticia inenarrabili et glorificata reportantes finem fidei vestre salutem animarum vestrarum.

℟. Bonum est confiteri dño alleluia. Et psallere alleluia. ℣. Ad annũciandum mane miaz tuam et veritatem tuam per noctem. Et psallere. Non dicitur te deum: ℣. In resurrectione. In laudibus vt supra. Super Benedic. añ. Quem queris mulier. Oratio Deus qui fidelium. Sequũtur memo. feriales. Ad horas. vt supra. Ad vespe. super magnificat. Uenit maria. Feria tercia Lectio prima.

De qua vero salute exquisierunt atqz scrutati sunt pphete qui de futura in vobis gratia prophetauerũt scrutantes in quo vel quale tempus significaret in eis spiritus xpi prenuncians eas que in christo sunt passiones. et posteriores glorias.

℟. Si oblitus cum alijs duob[9] vel alia

Lectio secunda.

Quibus reuelatum est quia nõ sibi ipsis vobis autem ministrabant ea que nũc nũciata sunt vobis per eos qui euãgelizauerunt vobis spũ sancto misso de celo in quem desiderant angeli prospicere.

Lectio tercia

Propter quod succincti lumbos mentis vestre. sobrij perfecte sperate in eam que vobis offertur gratiam in reuelationez ihesu xpi quasi filij obedientie. nõ cõfigurati prioribus ignorantie vestre desiderijs. sed scd̃m eum qui vocauit vos sanctum et ipsi sancti in omni cõuersatione sitis qm̃ scriptum est sancti estote. qm̃ ego sanctus sum.

Supra Benedi. añ. Ihesum qui crucifixus. Ad vespe. Ite nũciate.

Feria quarta Incipit epistola beati petri apostoli secũda. Lectio prima.

Symon petrus seruus et apl's ihesu xpi his qui coequalem nobis sortiti sunt fidem in iusticia dei nostri et saluatoris ihesu cristi gratia vobis et pax adimpleat̃ in cognitionem domini nostri. quomodo omnia nobis diuine virtutis sue que ad vitam et pietatem donata sũt per cognitionẽ eius qui vocauit nos propria gloria et virtute per quem maxima et preciosa vobis donauit vt per hec efficiamini diuine consortes nature. fugientes eius que in mundo est concupiscentie corruptionem.

℟. Allã audiuimus cum alijs duobus.

Lectio secunda

VOs autem curam omnez sub
inferētes. ministrate in fide ve
stra virtutem. in virtute autē
scientiam. in scientia autem abstinen
tiam. in abstinētia autem pacientiaz
in pacientia autem pietatem. in pieta
te autem amorem. in amore autez fra
ternitatis caritatem. hec em̄ vobiscū
si assint et superent non vacuos et
sine fructu vos constituent in domini
nostri ihesu christi congnitionez. cui
enim presto non sunt hec. cecus est et
manu temptans obliuionem accipiēs
purgationis veterum suorū delictoꝝ
QUa propter fratres magis sa
tagite vt per bona opera cer
tā vocatiōz vrāz et electionez
faciatis hec em̄ facientes non
peccabitis aliquādo. sic habundanter
ministrabitur vobis introitus in eter
num regnum dn̄i nostri et saluatoris
ihesu christi. propter quod incipiam
vos semper comonere de his et qui-
dem scientes et confirmatos in presē
ti fide. iustum autem arbitror quādiu
suz in hoc tabernaculo suscitare vos
in cōmonitione. certus sum enim qđ
velox est depositio tabernaculi mei se
cūdum qđ et dn̄s noster ihesus xp̄us
significauit mihi. Dabo autem operā
et frequenter habere vos post obitū
meum vt horum memoriam faciatis
Super Benedictus et super Magnificat
dicuntur an̄. in ordine de supradictis. Fe-
ria quinta Incipit epistola sancti Iohan-
nis apostoli secunda.

MSenior electe domine et natis
eius quos ego diligo in veri-
tate. et nō ego solus sed et om
nes qui cognouerunt veritatem. pro
pter veritatem que permanet in vo-
bis et vobiscum erit in eternū sit vo
biscū misericordiagrā pax a deo pa-
tre. et a christo ihesu filio patris in ve
ritate et caritate.
℟. Narrabo. cum aliis duobus.
Lectio secunda.
GAuisus sum valde quoniaz in
ueni de filiis tuis ābulātes in
veritate sicut mandatū accepi
m s a patre. et nūc rogo te domina.
non tanq̄ȝ mandatum nouum scribēs
tibi sed quod habuimus ab inicio vt
diligamus alterutrum et hec est cari
tas vt ambulem⁹ scđm mandata ei⁹
Lectio tercia.
HOc em̄ mandatum ē. vt quēad
modum audistis ab inicio am-
buletis in eo quoniam multi
seductores exierunt in mūduz. qui nō
confitetur dn̄m nostrum ihesum xp̄m
venisse in carne. hic est seductor et an
tixp̄us. Videte vosmetipsos ne perda
tis qui operati estis. sed vt mercedem
plenam accipiatis.
Feria sexta incipit Epistola sancti Iohan
nis tercia. Lectio prima.
SSenior gayo karissimo. quem ego
diligo in veritate. karissime de
omnibus orationem facio p-
spere te ingredi et valere. sicut prospe
re agit aīa tua gauisus sum valde ve
nientibus fratribus et testimoniū p-
hibentib⁹ veritati tue sicut tu in ve-
ritate ambulas. Maiorē hoꝝ nō ha
beo gratiam quā vt audiā filios me
os ambulantes in veritate.
℟. Si oblitus. Lectio scđa.
KArissime fideliter facis quic-
quid operaris in fratres et hoc
in peregrinos. qui testimoniū
reddiderunt caritati tue in conspectu
ecclesie. quos benefaciens deducis di
gne deo. pro nomine eius em̄ perfecti
sunt nihil accipientes a gentib⁹. nos
ergo debemus suscipere huiusmōi vt

cooperatores simus veritatis.

Scripsissem forsitan ecclesie. sed is qui amat primatum gerere in eis dyotrepes non recipit nos propter hoc si venero commoneam eius opera que facit verbis malignis garriens in nos. et quasi ei non ista sufficiant nec ipse suscipit fratres et eos qui suscipiunt prohibet. et de ecclesia eicit karissime noli imitari malum. sed quod bonum est. qui bene facit ex deo est. qui malefacit non videt eum.

Regula. Nota quod si epistole supradicte diebus suis non possint dici recuperentur in aliis. Sabbato quarte obdomade Ad vespe. an. Alla. ps. Benedictus. cum aliis. Capi. Omne quod natum. Hymnus. Vita sanctorum. V. Mane. an. Adhuc multa habeo vobis dicere sed non potestis portare modo cum autem venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem alla. ps. Magnificat

Oratio.

Deus a quo bona cuncta procedunt largire supplicibus tuis ut cogitemus te inspirante que recta sunt et te gubernante eadem faciamus. per dominum.

Sequitur. Xpus resurgens. V. Dicite in nationibus. Oratio. Solita. Ad completo. ut supra. Inuitato. Alleluia. Hymnus Te lucis. an. Alleluia. ps. Beatus vir. V. Cantate dno.

Incipit epistola Jude.

Judas ihesu christi servus frater autem iacobi his qui in deo patre dilectis et ihesu cristo conservatis et vocatis misericordia vobis et pax et caritas adimpleatur. carissimi omnem sollicitudinem faciens scribendi vobis de communi vestra salute necesse habui scribere vobis deprecans supercertari semel tradite sanctis fidei. subintroierunt enim quidam homines qui olim prescripti sunt in hoc iudicium impii dei nostri gratiam transferentes in luxuriam et solum dominatorem et dominum ihesum xpm negantes.

R. Si oblitus. Lectio secunda.

Commonere autem vos volo scientes semel omnia quoniam ihesus populum de terra egypti saluans secundo eos qui non crediderunt perdiderit. Angelos vero qui non seruauerunt suum domicilium sed in iudicium magni dei vinculis eternis sub caligine reseruabit. sicut sodoma et gomorra et finitime ciuitates simili modo ex fornicatione et abeuntes post carnem alteram facte sunt exemplum ignis eterni penam sustinentes. similiter et hi quidem carnem maculant dominatione autem spernunt. maiestatem autem blasphemant.

R. Viderunt te. Lectio tercia.

Cum michael archangelus cum diabolo disputans altercaretur de moysi corpore non est ausus iudicium inferre blasphemie sed dixit. imperet tibi dominus. hi autem quecunque quidem ignorant blasphemant quecunque autem naturaliter tanquam muta aialia norunt in his corrumpuntur. ve illis qui via cayn abierunt et errore balaan mercede effusi sunt et contradictione core perierunt. hi sunt in epulis suis macule conuiuantes sine timore semetipsos pascentes nubes sine aqua que a ventis circumferuntur arbores autumnales infructuose bis mortue eradicate fluctus feri maris despumantes suas confusiones. sydera errantia quibus procella tenebrarum in eternum seruata est.

R. In toto corde. In secundo noctur no an. Alla. ps Conserua me. V. Jubilate deo. Lectio quarta

PRophetauit autem et de his septimus ab adam enoch dicens. ecce venit domin⁹ in sãctis milibus suis facere iudicium cõtra omnes et arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum quibus impie egerunt et de omnibus duris verbis que locuti sũt cõtra deũ peccatores impij hi sũt murmuratores querelosi scdm desideria sua ambulantes et os illorum loquitˀ superbiã mirãtes psonas quest⁹ cã.
℟. Alleluia audiuimus. ¶ Lectio .v.

VOs autem karissimi memores estote verborum que predicta sunt ab apostolis domini nostri ihesu christi qui dicebãt vobis quoniam in nouissimo tempore venient illusores scdm desideria sua ambulantes impietatũ hi sunt qui segregant semetipsos animales spiritũ non habentes. vos autem karissimi superedificantes vos metipsos sanctissime vestre fidei in spiritu sancto orantes ipsi vos in dilectione dei seruate expectãtes miam dñi nostri ihesu xpi in vitam eternam. et hos quidem arguite iudicatos illos vero saluate de igne rapientes.
℟. Deduc me in semita. ¶ Lectio sexta.

ALiis autez miseremini i timorem odientes eam que carnalis est macula tam tunicam. ei autem qui potens est conseruare sine peccato et constituere ante conspectum glorie sue immaculatos in exultatione in aduentuz domini nostri ihesu christi soli deo saluatori nostro per dominum nostrum. gloria magnificentia imperium potestas ante oĩa secula et nũc et in omnia secula seculorum. Amen.
℟. Allã fac cum. In tercio nocturno. añ Allã. ps. Celi enarrãt. ℣. Noli flere.

¶ Secundum Johannem.

IN illo tempore. dixit ihesus discipulis suis. Amen amen dico vobis si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis vsqz modo non petistis quicqz in nomine meo. petite et accipietis. vt gaudium vestrum sit plenum. et reliqua.
Omẽ. ve. Be. P. de eadem lectione.

POtest mouere infirmos auditores quomodo in capite lectionis huis euuãgelice discipulis saluator promittat. si quid inquiens petieritis patrem in nomine meo dabit vobis cum non solum similes nři multa que patrẽ in noĩe xpi videtur petere non accipiant. verum etiã ipse apostolus paulus tercio dominum rogauerit vt a se angelus sathane a quo tribulabatˀ abscederet nec impetrare potuerit.
℟. Narrabo. ¶ Lectio octaua.

SEd huius modi questionis antiqua patruz explanatione reserata est qui veraciter intellexerunt illos solum in nomine saluatoris petere qui ea que ad perpetuam salutem pertinent petũt. ideoqz apostolum non in nomine saluatoris petisse vt temptatiõe careret qz ob custodiam humilitatis acceperat. quia si hac caruisset saluus esse non posset ipso affirmante cum ait. Et ne magnitudo reuelationum extollat me. datus est mihi stimulus carnis mee angelus sathane qui me colaphizet.
℟. In ecclesiis. ¶ Lectio nona

QUociensćuqz ergo petentes non exaudimur ideo fit quia vel contra auxilium nostre salutis petim⁹ ac preterea a misericordie patre beneficij gratia nobis quod inepte petim⁹ negatur qd eidez aplo contigisse probatˀ cui ter petẽti rñsus

est. sufficit tibi gratia mea. nam virt⁹
in infirmitate perficitur.
℟. Hymnum cantate. ps̄. Te deum ꝛc.
vt supra. añ. Amen dico vobis si quid pe
tieritis patrem in nomine meo dabit vo
bis vsq₃ modo non petistis quicq̄₃ in no
mine meo petite et accipietis alleluia. ps̄.
Benedictus. Oratio. Deus a quo. Ad
horas vt superius continetur. Ad vespe
ros añ. super Magnificat. Usq₃ modo
non petistis quicq̄₃ in nomine meo petite
et accipietis alla. ps̄. Magnificat. Orō
Deus a quo. Nulla memoria fit nisi sup
ueniant nouem lectiones vel tres cū Te
deum. ¶ Ad completo. vt supra. Feria
secunda in qua incipiuntur letanie. Ad ma
tutinas sic agitur. nisi nouem lectiones vl'
tres cum Te deum vel proprietas san-
ctorum nouem ps̄. habentium impediat
Inuitato. Alleluia allā allā. ps̄. Venite.
Hymnus. Te lucis. añ. Alleluia alleluia
allā. ps̄. Dominus illuminacio. cū ali
is. ℣. Resurrexit dn̄s. Secd̄m Lucam.

In illo tempore. dixit ihesus
discipulis suis. Quis vestruȝ
habebit amicum et ibit ad il-
luȝ media nocte et dicet illi. amice cō
moda mihi tres panes. quoniam ami
cus meus venit ad me de via et non
habeo quod ponam ante illum. ꝛ re.
Omē. vene. Bede pres. de eadem lectiōe

Rogatus autē a discipulis sal
uator non solummō formam
orationis sed instantiam fre-
quentiamq₃ tradidit orandi. Amic⁹
ergo ad quem media nocte venitur.
ipse deus intelligitur cui in media tri
bulatiōe supplicare. et tres panes id
est intelligentiam trinitatis qua pre-
sentis vite consolentur labores effla
gitare debemus.
℟. Si oblitus. vel Deus canticum. Si
non fuerit dict. in ebdo. preceden̄.

Lectio secunda.

Amicus qui venit de via ipse
est noster animus qui tociens
a nobis recedit quotiens ad appeten-
da terrena et temporalia foris vaga-
tur. redit ergo animus celestiq₃ ali-
monia refici desiderat cuȝ in se reuer
sus superna ceperit ac spiritualia me
ditari. de quo pulchre qui petierat ad
iungit non se habere quod ponat an
te illum. quoniaȝ anime post seculi te
nebras deum suspiranti nil preter eū
cogitari nil loqui libet.

¶ Lectio tercia.

Intueri solum ꝙ recognouit
summe trinitatis gaudium cō
templari atq₃ ad hec plenius
intuendum peruenire satagit. et ille
de intus dicat noli mihi molestus es-
se. iam hostium clausum est et pueri
mei mecum sunt in cubili non possū
surgere et dare tibi.
Non dicitur Te deum. ℣. In resur.
In laudibus vt supra. Super Bn̄di. añ.
Uenit maria. Oratio Deus a quo.
Sequitur de ieiunio memo. añ. Quis ve
strum habebit amicum et ibit ad illū me-
dia nocte et dicet illi amice cōmoda mihi
tres panes quoniam amicus meus venit
de via ad me et non habeo quod ponaȝ an
te illum alleluia. ℣. Fiat misericordia tua

Oratio.

Presta quesumus omnipotens
deus vt qui in afflictione no-
stra de tua pietate confidim⁹
cōtra aduersa omnia tua semper pro
tectione muniamur. per.
Sequūtur memo. feriales. Ad horas vt
supra. Ad ves. añ. Alleluia feriales. Capi.
Christus resurgens. Hymnus Ad ce
nam. ℣. Mane nobiscum. añ. Ite nunci
ate. vel alia. Oratio Deus a quo. Se-
quitur memo. de ieiunio. Petite et acci-
pietis vt gaudium vestrum sit plenū ipse
enim pater amat vos quia vos me amastis

et credidistis alleluia. ℣. Dirigatur domine. Oratio Presta q̄s. Sequuntur memo° feria. Ad completo. supra. Feria secunda fiet sicut de aliis dictum est cum nocturno et legetur de epistolis nisi aliquid impediat. et dicūtur ℟. historie Si oblitus. vel ulteriora sc3 Deus canticum si non sint dicta. Ad Bn̄di aliqua an̄ de supradictis. memo. feriales dicuntur. Ad vespe. fit ut de aliis dictum est.

Regula Nunc ordinandum est. de sanctis qualiter debeat fieri inter pasca et penthecostem et primo de uno martyre cū Te deum vel sine Te deum. Ad vespe. super p̄s. an̄. Alleluia feriales. Capi. Beatus vir. Hymnus. Martir dei. ℣. Iustus ut pal. an̄. Filie hierusalem venite et videte martyrem cum corona qua coronauit eum deus in die sollemnitatis et leticie allā allā. p̄s Magnificat. Oratio propria vel de cōmuni. Sequūtur memorie feriales nisi sit Te deum. Ad completo. ut supra. Regula si non sit Te deum. Inuitato. Alleluia allā p̄s. Venite. Si vero fit Te deum. dicitur Alleluia regem martyrum dominum Uenite adoremus alleluia. p̄s. Venite. Hymnus Deus tuorum militum. an̄. Allā allā allā. Sequunt̄ p̄s. unius martyris. ℣. Scuto bone. Si vero Te deum non sequatur tres lectiones fiunt de legenda temporis. Si vero fit Te deum lectiones fiunt de proprietate vel de quadā expositione martyri congruente. ℟. Beatus vir qui metuit dn̄m alleluia In mandatis eius cupit nimis allā alleluia. ℣. potens in terra erit semen eius generatio rectorum benedicetur In mandatis. Lux perpetua lucebit sanctis tuis dn̄e Et eternitas temporꝫ allā alleluia. ℣. Iusti autem in perpetuum viuent et apud dominum est merces eorꝫ Et eternitas. Filie hierusalem venite et videte martyrem cum corona qua coronauit eum dn̄s In die sollemnitatis et leticie alleluia. ℣. Quoniā confortauit seras portarum tuarum benedixit filiis tuis in te. In die. p̄s Te deum. si debeat dici ℣. Iustus germinabit. In laudibus an̄. Allā sola. p̄s. Dn̄s reg. cum aliis. Ca. Beatus vir. Hymnus Martir dei. ℣. Iustus ut palma. an̄. Lux perpetua lucebit sanctis tuis domine et eternitas temporum alleluia alleluia. Bn̄d. Oratio de cōmuni vel propria. Sequuntur memo. feriales si non sit Te deum. Ad horas super p̄s. sola cū. Alleluia. Ca. et ℟. unius martyris cum alleluia. Oratio supra. Ultimi ℣. fiunt de marti. si Te deum habuerit nisi nouem lectiones inpediāt vel aliud ꝯsimile. Et dicuntur super p̄s. diei Alleluia feriales. Capitulum. Beatus vir. Hymnus Martir. ℣. Iustus ut palma. Nec an̄. dicit̄ nisi sit propria. In celestibus regnis sanctorum habitatio alleluia et in eternum requies eorum alleluia. p̄s. Magnificat. Oratio ut supra. Nulla fit memoria de resurrectione etiam si in crastino fiant hore de ipsa excepta dominica. Sed de sanctis fit memo° si sequantur.

Ordo plurimorum martyrum. Ad vespe. super p̄s. Alleluia feriales. Capitulū. Sancti et iusti. Hymnus Sanctorum meritis. ℣. Letamini. an̄. Filie hierusalem. quere supra. Oratio cōmunis vel propria. Sequuntur memo. feriales nisi sequatur Te deum. Ad completo. ut supra. Ad matutinas si non sit Te deum Inuitato. Alleluia alleluia alleluia. p̄s. Venite. Si vero sit Alleluia regem mrm̄ Uenite. Hymnus Eterna xp̄i. Alleluia super nouē p̄s. plurimorum martyrum. ℣. Scuto bone. Legitur de tempore si non sit Te deum. Si vero sit legitur de propria. ℟. Preciosa in conspectu domini alleluia Mors sanctorꝫ eius allā. ℣. In cōspectu omnis populi eius in atriis tuis hierusalē. Mors. ℟. Lux perpetua. ℟. Filie hierusalem. p̄s. Te deum. si sit ℣.

Exultabunt. In laudibus añ. Alleluia. ps. Dñs reg. Capitulum. Sancti et iusti. Hymnus Rex gloriose. ℣ Iustorum aie Añ. Lux perpetua. Oratio vt supra. Sequuntur memo. feriales si non sit Te deū Ad horas dicūtur Capi. et ℟. de cōmuni martyrum cum alleluia. Ultimi ℣. fiunt de martyribus si Te deum habeant nisi aliquid impedeat. ¶ Ad vespe. Alleluia feriales. Capitulū Sancti et iusti. Hymnus Sanctorum meritis. ℣. Letamini. añ. In celestibus. quere supra. Oratio vt supra. ¶ Non fit memoria de resurrectiōe etiam si hore in crastino de ipsa fiant excepta dominica. sed de sanctis si sequātur ¶ Regula De nullo confessore et de nullo confessore et nulla virgine fit inter pasca et panthecostes nisi de sancto nicolao de sancto ambrosio. et de sancto honorato ¶ Regula Si festum sanctorum Tyburcii valeriani et maximi martirum post q̄-si modo euenerit. sic fit. Ad vespe. añ. Alleluia feriales. Capitulum. Sancti. et iusti. Hymnus Sanctorum meritis ℣. Letamini in domino. añ. Filie hierusalem. ps. Magnificat. ¶ Oratio

Presta q̄s ops deus vt q scōꝝ tuorū tyburcij valerij et maximi solemnia colimus eorū etiam virtutes imitemur. per dñm.

Sequuntur memorie feriales. Inuitato. Alleluia alleluia alleluia. ps. Venite. Hymnus. Eterna xpi. añ. Alleluia alleluia alleluia. super nouem ps. plurimorū ℣. Scuto bone. Leguntur tres lectiones de apocalipsi. ℟. Preciosa. ℟. Lux perpetua. ℟. Filie hierusalem. non dicitur Te deum. ℣. Exultabunt. In laudibus añ. Alleluia sola. ps. Dominus regnauit. cum aliis. Capitl. Sancti et iusti Hymnus. Rex gloriose. ℣. Iustorum anime. añ. Lux perpetua. Oratio. Pra q̄s. Sequuntur memorie feriales. Ad horas omnia de communi martirum cum alleluia. Oratio Pra q̄s. Regula si sabbato siue dominica hoc festum euenerit ad missam solummodo fit memoria. Quacunq; autem die ante feriam quintam in cena domini euenerit ad missam fit solum memoria.

In festo Inuencionis sanctorum dionisii sociorumq; eius fiunt tres lectiones cum Te deum. Ad vespe. super ps. añ. Alleluia feriales. Capitulum. Sancti et iusti. Hymnus Sanctorum meritis. ℣. Letamini. añ. Insignes preconiis alme tue nobilitatis consonant voces collaudātes verbo supplici prosequamur aue incli te martir angelorum consors apostolorum socius prophetarum conciuis et martirū coheres sancte dionisi cum sociis tuis intercede ꝓ nostra omniūq; salute. ps. Magnificat. ¶ Oratio.

Deus qui es sanctorū tuorū splēdor mirabilis quiq; hodierna die beatorum martirum tuorum dyonisij rustici et elentherij inuentionem gloriosā reuelasti da nobis in eterna letitia de eorum societate gaudere. per.

memo. si decet. Ad completoriū vt supra Inuitatorium Alleluia Regem martirum Uenite. Hymnus Eterna xpi. añ. Alleluia sola. super nouem ps. martirum. ℣. Scuto bone. ¶ Lectio prima.

Dum patrē suū clotariū dagobertus fugeret ob cōtumelias et etiam berbe rasionem q̄ tūc iniuria erat. quas in quadragesilum ducem acquitanie sibi emulum perpetrauerat recolens se antea repertum in uenatione a canibus ceruum in edem beatorum martirum dionisij rustici elentherij tutum reperisse refugium ibi se contulit credens sicut per famam didicerat tutissimam fugam dictorum martirū meritis inire

Nec spem euentus elusit. nam clota-
rius audiens eum sanctorum tutelaz
expetisse. adhuc in maiorem tollitur
iram. mittens satellites qui inde eum
abductum sibi presantarent. qui ma-
turantes quod iussum fuerat imple-
re ad locum sanctum tendentes plus
vno miliario absentes p optus acce-
dere nequiuerunt.
℟. Post passionem domini in vniuersis
gentibus predicatio profutura precessit ita
vt fide crescente multi mererentur fieri
confessores Quos catholica postmodum
gaudet ecclesia promeruisse martyres alle-
luia allã. ℣. Qui cum imminere suas cer-
nerent passões que a dño ihesu christo di
dicerant repleti spiritus sancti gratia do
cuerunt. Quos. Lectio secũda

Quibus hec regi referentibus
delegit alios qui similia paciẽ
tes regressi eandem rem itera
to ingeminant. sed nec sic animositas
regis deferbuit. et qꝫ per ministros
nequiuerat per se implere contendit
Interea quadam die dagobertuz hu
mili corde martyribus prostratuz sõ
nus repente corripit. Cui dormienti
astant tres viri corporum et vestium
nitore perspicui. quorum vnus vene
randa canicie prestantior sic eum affa
tus est. o iuuenis fama asseuerãte au
disti nos dyonisium rusticum et elen-
therium pro christo passos. et nostra
hic corpora tegi.
℟. Gratias tibi dñe qui infestantis inimi
ci iaculi probationem fidelium tuorum p̄-
stitisti esse et non vulnera sed talem tuis
martyribus tribuis pro labore mercedez
Ut nullum tuoruz fuisse gaudeat hostis in
bellem alleluia allã. ℣ Quinimmo perpe
tuum eis largiris triumphum vt ecclesie
tue semper sint in exemplum. Vt nullum.
Lectio tercia.

Ilico expergefactus nomina
que audierat describit. et ex
martyruz alloquio ingenti ex
ultatione tripudians. voto se qđ po-
stea studiose reddidit obligat. p⁹ hec
clotarius filium vt pretuli a sancto-
rum memoria per se auellere cupiẽs
comitãtibus plurimis appropinqua-
bat. sed quia nõ minus in reges qꝫ in
alios homines diuina quod vult ex-
ercet potentia. qui inertes alios argu
erat fit ipse iners. vt manifeste intelli
geret. quamuis esset potens potentio
ribus concedendum.
℟. Uir inclitus dionisius martir domini
preciosus succensus igne diuini amoris cõ
stanter sustinuit supplicia passionis Et per
immanitatem tormentorum peruenit ad
societatem angelorum allã allã. ℣. Cuius
intercessio nobis obtineat veniaz qui per
tormenta passionis meruit palmaz et sem
piternam gloriam. Et per. p̄s. Te deum
℣. Exultabunt. In laudibus añ. Allã
sola. p̄s. Dñs regna. cum aliis. Capi.
Sancti et iusti. Hymnus Rex glori
ose. ℣. Iustorum anime. añ. Et facta est
comes multitudo celestis exercitus exani-
mi corporis sancti dionisy caput proprius
deportantis laudãs deũ et dicẽs glã tibi
dñe alleluia. p̄s. Bñd. Oratio Deus
qui es. Ad horas Alleluia Ca. ℟. de
cõmuni martyrum cum alleluia. Oratio.
vt supra. Regula Si hoc festum do
minica euenit de festo fiunt nouem lectio
nes. Sex prime de legenda predicta et
tres vltime de expõe dominicali. Et ad
vespe. dicuntur añ. Alleluia feriales ⁊ ce
tera vt supra. primo memo. de dominica
deinde de resurrectione. Xpus resurgẽs
et cetera. Ad matutinas Inuita. Allelu-
ia. vt supra. Hymnus Eterna. añ. No-
uit dñs. cum aliis añ. et p̄s. et ℣. de cõmu
ni martyrum cũ alleluia. ℟. sunt hec. ℟.
Absterget. ℟. Uiri sancti. ℟. Tradiderũt

℟. Preciosa. ℟. Lux perpetua. ℟. Si- lie hierusalem. ℟. Post passionē ℟. Gra tias tibi. ℟. Vir inclitus. ps. Te deum ¶ In laudibus vt supra de dñica me- mo. solūmō. Ad horas vt sup. De scō Georgio fiunt v. ppter semiduplū et licz sit dñica. Item si hoc festū aliquo sabba to post quasi modo euenerit ipō sab. hō fi- unt ve. de sancto geor. et primo memo. de sanctis deinde de dñica sicut decet et de resurrectione Xpūs resurgens. ℣. Di- cite in nationibus. Oratio solita. Item si feria quinta vel sexta ante magnū pasca euenerit ipsius festū sabbō ante festū trā- slationis sancti nicolai reformabitur ⁊ de ipso fit solūmō memo. in vtrisqꝫ vespe. Item si hoc festū sabbō vel die pasce eue- nerit ipsius officium fiet feria sexta post inuentionē sancte crucis de quo fiet pri mo in vtrisqꝫ vespe memo. Item si feria secūda in pascalibus euenerit ipsius offi- ciū fiet sabbō post inuentionē sancte cru cis de quo fiet primo in vtrisqꝫ vespe. me mo. Item si feria tercia quarta quinta siue sexta in pascalibus euenerit ipi⁹ offici um fiet feria quarta post quasi mō de quo in primis vespe. fiet officiū integre ⁊ in vltimis vespe tantūmō memo. Item si sabbō in pascalibus euenerit feria scdā se queñ. reformabit officiū. Item si die q̄- simō euenerit in crastino reformabit offi cium et fiet memo. in vtrisqꝫ vespe. me- mo. solūmodo de festo. Item si die pasce rmotiuū hac feria secūda euenerit feria tercia sequēte reformabit de pdicto festo officium. et festum sancti georgii feria q̄r ta. Item si die amotiui pasce euenerit in crastino fiet de festo et fiet tantūmō me- mo. in vlti. vespe. de festo predicto. Sancti Georgii martiris fiunt tres le- ctiones et Te deū cū semiduplo. Ad vesp. sup. ps. Alleluia feriales. Capi. Bea- tus vir. ℟. Filie hierusalem. Hymnus Martir dei. ℣. Iustus vt pal. añ. Fi- lie hierusalem. ps. Magnificat Oratio

Deus q nos beati georgii mar tiris tui meritis et intercessio- ne letificas concede propici⁹ vt qui eius beneficia poscimus dono tue gratie consequamur. per.

¶ Sequūtur memo. de festo pdicto nisi a die sua moueatur. añ. O beate dionisi ma gna est fides tua intercede ad dñm ihesū xpm vt qui qualitate sumus tibi dissimi- les sua gratia largiente faciat esse consor- tes. ℣. Letamini in dño. Oratio. Deus qui es. vt supra. Ad comple. vt supra. Ad matuti. Inuita. Alleluia Regem mrm Hymnus Deus tuorum. añ. Allā super ps. vnius martiris. ℣. Scuto bone.

¶ Lectio prima.

Beatus gerogius de capado- cie partib⁹ in persida ciuitate dyaspoli veniens dacianū in cristianos circūquaqꝫ nequissime de baccantem inueniens multosqꝫ chri- stianos propter mortis metum no- men christi blasphemantes reperit ⁊ cordis dolore nimio anxius clamide terreni imperii qua vtebatur exutus habituqꝫ christiano indutus diuino afflatus spiritu in medium sacrificā- tis ppli sese iniecit atqꝫ in cōspectu furentis presidis daciani dixit. omnes dii gentium demonia domin⁹ autem celos fecit. Cui talia et alia multa p sequenti ait dacianus. quis es tu. vel ex qua prouincia vel ciuitate huc ve nisti qui deos nostros ausus es voca re demonia. sanctus georgius dixit. christianus sum et seruus dei. patrie mee comitatum gerens huc veni. sed nunc omnes dignitates temporales pro christi amore contemno. et soli deo adhereo.

℟. Beatus vir qui.

Lectio secunda.

D Acianus autem furore repletus iussit eum leuari in eculeum et extensuz mẽbratim vngulis corpus eius lacerari. deinde lampades ardentes lateribus applicari ita vt interiora eius viscera apparerent. post hec iussit eum deponi et extra ciuitatem eici et ibi menbra extẽdi et totum corpus eius diuersis plagis cruentari et sic in carcerem deterrimum retrudi. post hec autem rota paratur erea gladios habens vndiqz bis acutos vt in eam exalto sanctum martirem dimitteret. quam cum videret beat⁹ georgius orauit dicens. Deus in adiutorium meum intende domine ad adiuuandum me festina. Et hec dicens comminuta est et martir dei illesus euasit. paratur et sartago enea plumbo plena bulliente quam letus ingreditur ingreditur xpi martir facto signo crucis et ardore muta ta repensare suauiter videtur.

℞. Lux perpetua. ¶ Lectio secũda

T Unc iratus dacienus dixit alexandrie vxori sue. deficiens morior q2 ab hoc homine me superatuz cerno. cui illa. tiranne crudelis et carnifex nunquid non dixi tibi sepius ne molestus christianis esses. quia de⁹ eorum pro ipsis pugnaret. et nunc scias me velle fieri christianam. Stupefactus imperator ait. heu proch dolor. nunquid et tu seducta es. fecitqz eaz per capillos suspẽdi et flagellis durissime cedi. tunc illa ora orans ad dominum emisit spiritum. Sequenti vero die georgius talem accepit sententiam. vt per totam traheretur ciuitatem et postmodum capite truncaretur. Orans autez ad dominum vt quicunqz eius imploraret auxilium petitionis sue consequeretur effectum. Completa vita oratione. capitis abscisione martyrium con summauit.

℞. Filie hierusalem. ps. Te deum. ℣. Iustus germinabit. In laudibus añ. Allã sola. Capitu. Beatus vir. Hymnus Martir dei. ℣. Iustus vt pal. Oratio. ante Lux perpetua. ps. Dñõ. Oratio vt supra. Ad horas sup ps. Alleluia sola. Capi· ℞. vnius martiris cũ alleluia. Oratio vt supra. In vltimis vespe. Alleluia feriales. Capitu. Beatus vir. Hymnus Martir. ℣. Iustus. añ. tota ante In celestibus. ps Magnificat. Oratio vt sup

¶ Regula Si hoc festum aliquo sabbõ post quasi modo eueniat vltimi ℣. fiunt de festo ꝓpter semiduplũ deinde memo. de dñica et de resurrectione. Xpũs resurgens. Item si hoc festum dominica eueniat de festo fiunt nouem lectiones. et fiet in primis vespe. primo memoria de sancto dionisio Ad matuti. Inuitato. Alleluia Regem martirum. Hymnus Deus tuorum. añ. In lege dñi. cum aliis et cũ ps. vnius martiris in tribus nocturnis. ℣ Scuto. cum aliis. Sex prime lectiones fiunt de passione eius cũ sex primis ℞. de cõmuni s;z Iste sanctus. tres vltime lectiones fiunt de expõe dñicali. tria vltima ℞. Beatus vir. cum aliis duobus ⁊c̃. vt supra memo. de dominica. Item si feria sexta ante magnum pasca eueniat ipsius officium fiet in crastino trãslationis sancti nicolai. et fiet in vltimis vespe. translationis memo. de festo añ. Filie hierusalem. deinde de dominica et vltimo de sanctis Gordiano et epimacho. Item si sabbõ pasce eueniat ipsius officiuz fiet dominica post inuẽtionem sancte crucis et fient primi ves. de festo. de quo in vltimis ws fiet solũmodo memo. deinde de dominica et legetur ad matu. expõ dominicalis Item si in die pasce eueniat de festo fiet

dominica post inuẽtionẽ sancte crucis nec fient primi vesp.de festo.sed solũmodo me mo. añ. Filie hierusalẽ. deinde de domi/ nica et de resurrectione.quia v̄. fient de sancto iohanne.Expõ vero dominicalis le getur ad matutinas. Item si feria secun/ da in pascalibus eueniat sabbato post in/ uentionem crucis fiet officium de quo in vltimis vesps fiet tantummodo memo/ ria de dominica et de resurrectione.
Item si feria tercia in pasca eueniat do/ minica post inuentionem crucis fiet de fe/ sto et legetur expõ ad matutinas ❡ Item si feria quarta in pasca eueniat feria secũ da post inuentionem crucis fiet de festo et fient primi vespe. de eo memoria de eo⁹ memoria de dominica. ❡ Item si fe/ ria quinta sexta aut sabbato in pasca eue/ niat feria quinta post quasi modo fiet de festo de quo fient primi vesp. ❡ Item si die quasimodo eueniat feria quinta sequẽ te fiet de festo integre ❡ Item si in cra stino quasi modo eueniat feria tercia se/ quẽte fiet de festo de quo fient primi vesp. et in vltimis vespe. tantũmodo memo.
❡ Item si hoc festum in pasca annotino eueniat de festo fiet in crastino eiusdẽ pa sce et solũmodo memo. de festo in primis vespis et vltimis.
❡ Marci euangeliste fiunt nouem lectio nes cũ quodruplo. Ad vesps.super ps̄ añ. Dilecti deo.cum aliis. in laudibus ps̄.de die Capi. Per manus. R̸. Quatuor. Hymnus Exultet celum. V̸. In omnẽ terram. añ.tota ante. Ecce ego iohannes vidi hostiũ aptuz in celo et ecce sedes po sita erat in eo et in medio sedis et in cir/ cuitu eius quatuor animalia plena oculis ante et retro et dabant gloriam et hono rem et benedictionem sedenti supe thro/ num viuenti in secula seculorum alleluia. ps̄. Magnificat.

Oratio.

Deus qui beatum marcuz euã gelistam tuum euangelice pre dicationis gratia sublimasti. tribue quesumus eius nos semper et eruditione proficere et oratione de/ fendi. Per dominum.
Non fit memo.de resurectione nisi sabbõ vel dominica cõtingat. Ad comple.super Nũc dimittis dicitur Noli flere. Inuitato. Allã Regem euãgelistarum dñm Uenite adoremus.ps̄. Uenite. Hymnus. Eter/ na christi In primo nocturno añ. Conuo catis ihesus duodecim apostolis misit il/ los predicare regnuz dei egressi autẽ euã gelizabãt et curabãt vbiqz allã. ps̄. Ce/ li enarrant. añ. Mittens dominus et alios ad predicandum dicebat illis mes/ sis quidem multa operarii autem pauci al leluia. ps̄. Benedicam dñm. añ. Ihe/ su christi domini gratia credentibus po/ pulis doctores ⁊ euangeliste sunt in mini sterium fidei missi alleluia. ps̄. Eructauit R̸. In omnem terrã ❡ Lectio prima.

Per idem tempus quo disper/ si erant apostoli toto orbe ter rarum. contigit beatissimum marcum ad egypti regionem diuina voluntate pertingere.qui cum cyne/ rem que etiam apud pentapolim per uenisset ibi faciens exordium diuini sermonis. infirmos sanabat.leprosos mundabat.spiritus nequissimos per gram xpi solo sermone pellebat.
R̸. In visione dei vidi et ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone nubesqz magna et ignis inuoluens splendorqz in circuitu eius Et ex medio eorum similitu do quatuor animalium et aspectus homi nis erat in eis alleluia alleluia. V̸. De me dio autem eius quasi species electri hoc est de medio ignis. Et ex medio eorum si militudo quatuor.

Lectio secũda

Plurimi igitur per eum in dominum ihesum christum credentes destruentes ydola sua. baptizati sunt in nomine patris et filii et spiritus sancti. dehinc reuelatur ei per spiritum sanctum allexandriam pergere qui valedicens fratribus ait. dominus locutus est mihi vt allexandriam proficiscar. qui prosequentes eum vsque ad nauem. dixerunt. dominus ihesus christus prosperum faciat iter tuum.

R. Quatuor facies vni erant et quatuor penne vni pedes eorum pedes recti planta pedis eorum vt vituli. et scintille quasi aspectus eris candentis alleluia. V. Sub pennis eorum manus hominis in quatuor partibus. Et scintille.

Venerabilis ergo marcus alexandriam die secunda perueniens egressus est de naui. et mox vt ingressus est ciuitatem calciamentum eius diruptum est. quod in spiritu intelligens ait. vere iter meum expeditum est. Videns autem beatus marcus quendam vetera calciamenta consuentem. eidem calciamentum tradidit consuendum qui cum faceret sinistram manum fortiter vulnerauit et exclamauit vnus deus

R. Similitudo vultus animalium facies vero vituli a sinistris atque aquile desuper ipsorum quatuor Et facies et penne extente desuper erant alleluia. V. Due penne singulorum iungebantur et due tegebant eorum corpora. Et facies. In secundo noctur. an. Sapientia domini euangelii eruperunt abyssi et annunciantes fecunditati rore celesti mundo intonant alleluia. ps. Omnes gentes. an. Labia eorum salutarem disseminauerunt scientiam opus sanctum dignum benedictione plenum fecerunt ministerium sibi traditum deuote impleuerunt alleluia ps. Exaudi deus deprecationem. an. Elegit eos ab omni carne et dedit illis precepta et legem vite et discipline alleluia. ps Exaudi deus o. V. Dedisti hereditatem. Lectio quarta.

Beatus autem marcus audiens quod dixerat vnus deus ait. prosperum fecit deus iter meum Factoque luto ex sputo manum viri vnxit dicens. in nomine ihesu christi filii dei. et continuo sanata est manus eius. sutor autem videns tantam viri efficaciam in domum suam illum introduxit. et quis esset vel vnde veniret scrutari cepit

R. Facies et pennas per quatuor partes habebant Incedentes non reuertebantur sed vnum quodque ibat ante faciem suam alleluia alleluia. V. Pedes eorum pedes recti plancta pedis vt planta vituli. Incedentes.

Respondit ei beatus marcus Ego sum seruus domini nostri ihesu christi filii dei. cui ille ait. vellem videre eum. respondit sanctus marcus. ego eum tibi monstrabo. incipiens itaque sanctus marcus christi ei euangelizauit et ipsum cum tota domo sua baptizauit. vocabatur autem ille homo ananias.

R. Similitudo aspectus animalium vt carbonum ignis ardentium et velut aspectus lampadarum Ubi erat spiritus impetus illuc gradiebantur cum ambularent alleluia. V. Et vnumquodque eorum ambulabat ante faciem suam. Ubi. Lectio sexta.

Cumque plurimi facti essent credentes in domino. audierunt viri ciuitatis illius quendam galileum qui deorum sacrificia destrueret et prohiberet aduenisse. et ei multas insidias posuerunt. quod cum beatus marcus agnosceret ananiam ibidem ordinauit episcopum et tres presbiteros. et ipse pentapolim perrexit. et cum ibidem duobus annis stetisset. iterum allexandriam rediit. et fideles in christo ibi multiplicatos inuenit

R. Quatuor animalia ibant et reuertebantur in similitudinem fulguris choruscantis et erat in medio splendor ignis. Et de igne

fulgur egrediens alleluia allā. ℣. Erat aūt quasi visio discurrens in medio quatuor aialium. Et de. In tercio noctur. aā. Electi sunt in xp̄o ante mūdi constitutionem vt essent sancti et immaculati in conspectu dei in caritate allā. ps̄. Confitebimur. aā. Placētes deo facti sūt dilecti q̄m gratia et misericordia eius in sanctos eius et respectus in electos illius allā. ps̄ Dn̄s reg. primus. aā. Sapiētiam antiquorum exquisierunt sancti euāgeliste et pphetarum dictis narrationem suam cōfirmauerunt allā. ps̄. Dn̄s regna. ij. ℣. Annunciauerunt opera. Lectio septima

Pontifices autem templorum deū cōprehendere conabantur cū autē in sollemnitate pascali beatus marcus missam celebraret cōuenerunt illuc omnes. et hi fune in collo eius misso ipm per ciuitatē trahebāt dicētes. trahamus bucolum. ad loca bucolie. carnes autem ei9 in terram fluebant. et saxa inficiebātur sanguine eius. post hec in carcerē retruditur. Quem dn̄s noster xp̄s ibidem visitauit et confortās ait. pax tibi marce noster euāgelista. et ille respondit. domine meus ihesu xp̄e. et abijt.

℟. Cum aspicerem animalia apparuit rota vna iuxta ea quatuor habens facies Et vna similitudo ipsarum quatuor alleluia. ℣. Aspectus rotarum et opus erat quasi visio maris. Et. Lectio octaua.

Sane autē facto funē in collo eius mittunt. et huc illucq3 raptim eum pertrahentes exclamabant. trahite bucolum ad loca bucolie. Ille autem dum traheretur. gratias agebat domino ihesu cristo dicens. In manus tuas commendo spiritum meum. et hec dicens spiritum exalauit. cum autem pagani vellent eum comburere. subito aer turbatur. grando exoritur. tonitrua intonant. fulguraq3 choruscant. imberq3 fuit nimi9. ita vt plurimi morerentur. et sic sanctū corpus intactū reliquerunt.

℟. Statura erat rotarum et altitudo horribilis totumq3 corpus plenum oculis Et aspectus earum et opera velut si sit rota in medio rote allā. ℣. Per quatuor partes euntes ibant et non reuertebantur cum ambularent. et aspectus.

Lectio nona.

Tunc religiosi viri venientes sanctum corpus collegerunt et in ecclesia cum omni reuerentia sepelierunt. fuit autem forma beati marci huiuscemodi longo naso subducto supercilio pulcer oculis. recaluaster. prolixa barba. velox. habitudinis optime. etatis medie. canis aspersus affectione continens gratia dei plenus. Dormiuit autem hic beatissimus euangelista primus martir apud alexandriam egypti. Imperāte gayo et iulio. regnante domino nostro ihesu christo cui est laus et gloria in secula seculorum amen.

℟. Cum ambularent animalia ambulabant et rote iuxta ea Quocūq3 ibant spiritus illuc pariter et rote eleuabātur sequentes ea alleluia alleluia. ℣. Cum eleuarentur animalia de terra eleuabantur et rote iuxta ea. Quocūq3. ps̄. Te deum. ℣. Nimis honorati. In laudibus. aā Dilecti deo et hominibus sancti euangeliste qui ordinauerunt tempora christi bono odore vsq3 ad consummationem vite alleluia. ps̄. Dn̄s regna. aā Dederunt in celebratione operis sancti decus ideo memoria eorum est in benedictione in seculum seculi alleluia. ps̄. Jubilate. aā. Impleuit eos domin9 spiritu sapientie et intellectus iocunditatem et exultationem

thesaurizauit super eos allã. ps. Deus deus meus. añ. Ex omni corde laudauerunt nomen sanctum domini vt amplificarent nomen sanctitatis alleluia. Bñd. añ. Datum est opus eorum in veritate ideo in terra sua duplicia possidebunt et letitia sempiterna erit eis in xpo alleluia ps. Laud. Capi. Per manus. Hymnus. Exultet celum. ℣. Constitues. añ tota ante. In medio et in medio et in circuitu sedis dei quatuor aialia senas alas habentia oculis vndiqz plene non cessant nocte ac die dicere sanctus sanctus sanctus dñs deus omnipotes qui eras et qui es et qui venturus es allã. ps. Bñd. Oratio Deus qui beatũ marcũ. Sequuntur memo. de Ieiunio. añ. Quis vestrũ. quere feria secũda ante ascẽ. Ad horas añ. laud. ℣. super nonã Capi. Per manus ℟. In omnem terram. cum aliis et cum alleluia. Oratio vt supra. Regula Si hoc festum aliquo sabbõ euenerit de festo fit integre et ipso sabbõ vt fiunt ℣. de sancto marco. Deinde memo. de sancto cleto. de dominica de ieiunio et vltimo de resurrectione. Item si dñica eueniat de festo fit integre et memoria. de dñica nec fit memo. de ieiunio. Expõ dñicalis feria tercia sequente reformabitur Ieiunium et officium integre in crastino hoc est die sancti cleti reformabitur in matu. et vltimis vesperis sancti cleti fiet memoria de ieiunio. nec legetur hac vice expositio de ieiunio. Item si die pasce Feria secunda tercia aut quarta in pascalibus eueniat in crastino quasimo reformabũtur ieiunium et officium. nisi propter pasca annotiuũ hoc festum alia die sequente oporteat reformari et tunc fiunt primi vespe. de sancto marco memo. de tempore si cõtingat in matu. et in vltimis vespe. fit memoria de ieiunio nec leget expositio hac vice. Item si feria quita sexta aut sabbato in pasca aut die quasimodo eueniat in crastino reformabuntur ieiuniũ et officium. et fient primi vespe. et vltimi de sancto marco et memo. de ieiunio post memoriã sancti cleti. Item si hoc festum in pasca annotino eueniat ieiuniũ et offici. in crastino reformabũtur. et fient primi vespe. de sancto et de pasca annotino memo. añ. Scio q thesum. deinde de resurre. Xpũs resurgens. ℣. Dicite. Orõ Solita. Ad completo. fit de sancto nõ de pasca. In vltimis vespe. añ. Iurauit dominus cũ aliis. Capi. Per manus. Hymnus. Exultet. ℣. In omnem. añ. tota ante. Tua sunt hec xpe opera qui sanctos tuos ita glorificas vt dignitatis glãm in eis preire miraculis facias tu insignes euãgelii predicatores aialiũ admirabili figura presignasti his nãqz celeste munus collatum gloriosis indiciis es dignatus ostendere hinc laus hinc gloria tibi resonet in secula a leluia. ps. Magnifi. Oratio vt supra. Sequitur memo. de sancto cleto nisi aliquid impediat. añ. Filie hierusalem. ℣. Iustus vt palma. Oratio Nra. q. o. d. de cõmuni. deinde de ieiu. añ. Petite. ℣. Dirigatur. Oratio. Nra. Ad comple. vt supra. ¶ In festo sancti cleti pape et martiris Allã Regem martirum. Hymnus deus tuorũ. añ. Allã allã allã. super nouem ps. vnius martiris. ℣. Scuto bone. ¶ Lectio prima.

AB eis fratres martirum solemnia celebrantur qui eorũ exempla imitantur. Inuitari autem non pigeat. quos celebrare delectat Si nos volumus gaudere cũ sanctis. et tribulationes volumus sustinere cum illis. qui enim martires vel in quantum poturit noluerit imitari ad eorum beatitudines non poterit sublimari. vnde paulus. si fuerim⁹ socij passionum erimus et et consola-

tionum. Tu autem.
℟. Beatus vir. Lectio secunda.

Dicit aliquis quis beatorum martirum possit sequi vestigia huic respondeo. quod non solum martires sed et regem martyrum possumus si volumus imitari. audi homo ipsum ihesum dicentem. discite a me quia mitis sum et humilis corde potest mihi aliquis dicere. non possum ieiunare non possum vigilare. potes dicere. Si dixeris quia non possis a vino vel a carnibus abstinere credimus tibi. et vt nulla nobis remaneat excusatio non de cellario sed de corde istam elemosinam iubemur exhibere. vt ad celestem patriam mereamur peruenire.
℟. Lux perpetua.

Lectio tercia.

Duobus enim preceptis. id est diliges dominum. diliges proximum quasi duobus pedibus spiritualibus in celis ascendemus. istis pedibus cucurrit beatus cletus natione romanus patre emulo natus. fuit autem temporibus tyti et vespasiani imperatorum. qui cum secundus post beatum petrum rexisset romanam ecclesiam annis duodecim mense vno diebus viii decim. persecutione domiciani coronatus est. et sepultus est iuxta sanctum petrum. ad laudem domini nostri ihesu christi qui cum deo patre et spiritu sancto viuit et regnat deus
℟. Filie hierusalem. ps. Te deum. ℣. Iustus germi.. In laudibus añ. Alleluia sola. Capi. Beatus vir. Hymnus. Martir. ℣. Iustus vt pal. añ. Lux perpetua ps. Bñd. Oratio Presta q. de commmuni vt supra. Ad horas Allã. Capi. Beatus vir. cum aliis. ℟. Gloria et honore cum aliis et cum alleluia. Oratio vt supra. Regula. Si hoc festum sabbato eueniat ipso sabbato fiunt vesp. de tempore memo. de sancto cleto et resur. Item si dominica eueniat de festo fiunt nouem lectiones. scilicet de legenda ipsius et tres de expositione dominicali Et fiunt prime vespe. de sancto cleto memo. de dominica et de resur. Ad matu. Inuitato. Alleluia Regem. Hymnus. Deus tuo. añ. Legem domini cum aliis et ps. vnius martiris in tribus noctur. sex ℟. Iste sanctus cum aliis in ordine. tria vltima. Beatus vir cum aliis etc. vt supra. In vltimis vespe. ipsius dominice. Alleluia cum aliis ps. de die et cetera memo. de dominica. Item si feria secunda in pascalibus hoc festum eueniat feria tercia post festum sancti nicolai fiet officium de festo et fiet in primis vesp. solummodo memoria de festo. Item si feria tercia in pasca eueniat feria tercia post festum sancti nicolai fiet de festo. Et in .i. vesp. fiet tantummodo de festo memoria. Item si feria quarta in pascalibus eueniat feria secunda post inuentionem sancte crucis fiet de festo de quo in primis vespe. fiet solummodo memo. Item si feria vi. aut sabbato in pasca. aut die quasi modo vel in crastino eueniat feria tercia sequenti fiet de festo de quo in vtrisque vs fiet tantummodo me. Item si dominica añ. ascensionem eueniat de festo fiunt nouem lectio. vt supra dictum est in dominica predicta. In vlti. vesp. añ. Alleluia feriales. Ca. Beatus vir. Hymnus Martir. ℣. Iustus vt pal. añ. In celestibus. ps. Magnificat. Oratio vt supra. Nulla fit memo. nisi sabbato vel dominica eueniat. Vitalis martiris non episcopi fiunt tres lectio. cum .ix. ps. sine Te deum Ad vespe. Alleluia feriales. Capi. Beatus vir. ℣. Iustus. añ. Filie. ps. Magnificat Oratio

Presta quesumus omnipotens deus vt intercedente beato vitale martire tuo et a cunctis aduersitatibus liberemur in corpore et a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per.

Deinde ſequuntur memo. ferialas. Ad
matutinas Inuitato. Alleluia feriale.
Alleluia allã allã.ſuper nouem. ps̃. vnius
martiris. ṽ. Scuto bone. Tres lectio-
nes fiunt de tempore. Tria ℟. Beatus
vir cum aliis duobus. ṽ. Juſtus germina
bit. In laudibus. añ. Alleluia ſola. La.
Beatus vir. Hymnus Martir. ṽ.
Juſtuz vt palma. añ. Lux perpetua. ps̃.
Benedictus. Oratio Preſta q̃s.vt ſupra
Sequũtur memo. feriales. Ad horas
Lapi.et ℟.vnius martyris. Oratio.vt s̃
Regula. Si hoc feſtum ſabbõ ſiue domi
nica eueniat vel aliud feſtuz ipſo die trãſ
feratur nihil fit de ſancto niſi ad miſſam
memo. nec ſi in paſcalibus eueniat. Itẽ
ſi feria ſecũda ante aſcenſionis eueniat de
ſancto fiunt hore vt dictum eſt et legetur
expõ de ieiunio de quo fiet primo memo.
Tamen feria tercia ſi eueniat de ipſo fiet
hore et legetur de tempore. Philippi
et iacobi apoſtolorum fit p̃cedẽ. d .
añ. Sancti tui.cum aliis de laudi. ps̃.de
die.Lapi. Per manus. ℟. Candidi.
Hymnus Exultet celum. ṽ. Sanisi
ſunt. añ. tota ante. Non turbetur cor ve
ſtrum neq3 formidet credidis in deum et
in me credite in domo patris mei manſio
nes multe ſunt.alleluia. ps̃. Magnificat
Oratio.

Deus qui nos annua apoſtolo
rũ philippi et iacobi ſolemni-
tate letificas p̃ſta q̃s vt quorũ
gaudemus meritis inſtruamur exem
plis Per.
Nulla fit memo.niſi ſit ſabbatũ vel domi
nica. Ad completo. ſicut decet. Inuita.
Alleluia Regem apoſtolorũ dñm. Venite
adoremus. ps̃. Venite. Hymnus. Eter
na xpi. In primo nocturno añ. Stetit
iheſus in medio diſcipulorum ſuorũ et di-
xit eis pax vobis allã. ps̃. Celi enar-
rant.añ. Sanisi ſunt diſcipuli alleluia.vi
ſo dño allã. ps̃. Benedicam.añ. Cogno-
uerunt dñm allã in fractione panis alleluia
ps̃. Eructauit. ṽ. In omnem terram.

Iacobo apoſtolo preſidente ca
thedre eccleſie hieroſolimorũ
orta eſt perturbatio iudeorũ
ſcribarum et phariſeorum.et comp-
hendentes iacobum poſuerũt eũ ſup
pinnam templi dicentes. Oramus te
virorum optime qm̃ ad diem iſtum
ſanctum paſca conuenit de pluribus
ciuitatibus omnis multitudo populi
iſrael. vt facias ſermonem ad omnes
vt non errent dicentes iheſum naza-
renum chriſtum eſſe filium dei.
℟. Virtute magna.quere feria tercia in
paſcalibus. Lectio ſecunda.

Tunc iacobus accepta occa-
ſione clamãs ad oĩez populũ
dixit. viri iſraelite audite. ad hoc in
altum leuatus ſũ. vt teſtimoniũ dicã
de iheſu nazareno.quẽ crucifixerunt
ſcribe et phariſei dicentes qd̃ magus
eſſz.et non eſſet verus dei filius. ille
autez verus dei filius ante ſecula ex
patre genitus. natus ex virgine ſub
herode rege.paſſus crucem ſub pila
to preſide. hic tercia die reſurrexit a
mortuis et nobis diſcipulis viden-
bus ſuis quadrageſimo die reſurrecti
onis ſue ad celos aſcendit.
℟. Iſti ſunt agni.quere feria quarta in
paſcalibus. Lectio tercia

Tunc accedentes ad eum pha
riſei.dixerunt ei. Nos te ro-
gauimus vt errorẽ tolleres a popu-
lo de iheſu.tu autem ampliaſti. qui-
bus iacobus ait.ego errorem tuli. et
veritatem oſtendi. Sed cum hec age
rentur et viderent omnes gratulari
in predicatione eius et crederent in
iheſum precipitauerunt eum et al-
to. et corruens ſtabat fortis et ni-
hil leſum habens melius predicabat

Tunc iratus quidam ex phariseis p[er]ticam fullonis arripuit. et dedit for[ti]ter in caput ei[us] et eiecit cerebrũ. populi autem cum omni honore sepelierunt eum ibi iuxta templum. credentes filium dei viui.
℟. Ego sum vitis vera. quere feria quinta in pascalibus. In secundo nocturno. añ. Non turbetur cor vestrum allã. Ego vado ad patrem allã. ps. Omnes gentes. añ. Tristitia vestra alleluia vertetur in gaudium alleluia. ps. Exaudi deus dep. Ecce ego vobiscum sum allã omnibus diebus alleluia ps. Exaudi deus orationem. ℣. Dedisti hereditatem.
Passio sancti philippi. Lectio quarta.
Philipp[us] apostolus post ascẽsum domini per annos viginti predicauit gentibus per sythiam euãgelium. vbi cum tentus esset a gentibus. et cum compelleretur sacrificare marti. exijt de subtus basim vbi stabat statua martis ingens draco. qui filium pontificis et duos tribunos qui preerant prouincie tenentes apostolum philippum interfecit. de cui[us] flatu morbidi egrotare ceperunt. tunc apostolus ait omnibus Audite consilium meum et recuperabitis sanitatem. et isti qui mortui sũt suscitabuntur et draco iste in nomine domini mei fugabitur.
℟. Tanto tempore. quere feria quinta in penthe. Lectio quinta.
Dixerunt ergo ei omnes Dic nobis quid faciemus. dicit eis philippus. Deicite hunc martem et confringite et vbi stat crucem dñi mei affigite. et hunc adorate. tunc illi qui cruciabantur ceperunt clamare. recuperetur in nobis virtus. et deicimus hunc martem. factoq[ue] silentio dixit apostolus. precipio tibi in nomine dñi nostri ihesu xpi exi de loco isto et vade in locũ desertũ. et nulli noceas. tunc draco exiens cepit ire festinus. et vltra nusq[uam] comparuit. apostolus autem filium pontificis et duos tribunos in nomine domini nostri ihesu christi suscitauit. omnemq[ue] turbam morbidam flatu draconis sanauit. hec et alia silia faciente et docẽte philippo apostolo crediderunt multa milia hominum et baptizati sunt.
℟. Candidi facti sunt nazarei eius alleluia splendorem deo dederunt allã Et sicut lac coagulati sunt alleluia allã. ℣. In omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terre verba eorum. Et sicut. L. vi.
Ordinatis aũt ibidem clericis sed et leuato eis episcopo presbiteris et diaconib[us] atq[ue] multis ecclesijs instructis. ipse per reuelationem ad asiam reuersus in ciuitate hieropoli cõmoratus heresim malignam hebronitarum extinxit. Erãt ibi due filie eius sacratissime virgines per quas deus multitudinem virginum lucratus est. Ipse autem philippus ante septem dies migrationis sue conuocatis ad se episcopis presbiteris et diaconis dixit eis. hos adhuc septem dies mihi dominus cõcessit memores estote doctrina domini nostri ihesu christi et state viriliter. hec et his similia predictus apostolus domini philippus omni populo exhortans. annorum octogintaseptem perrexit ad dominum et in ea ciuitate sepultus est. et post aliquantos annos due sacre virgines filie eius. dextera leuaq[ue] sepulte sunt.
℟. Preciosa in conspectu dñi. quere plurimorum martyrum in pasca. In tercio nocturno añ. Iterum autem videbo vos alleluia et gaudebit cor vestrum alleluia. ps. Confitebimur. añ. Spiritus sanctus docebit vos alleluia. quecũq[ue] dixero

vobis. ps. Dñs regnauit. primus.añ. añ. Pacem meam do vobis pacem relinquo vobis alleluia.ps. Dñs regnauit. secūdus. ℣. Annūciauerūt opera. S. Jo.

In illo tempore. dixit ihesus discipulis suis. nō turbetur cor vestrum creditis in deum et in me credite. Et reliqua.

Ome. beati Augustini epi de ea. lectione

Erigenda est nobis fratres ad deum maior intentio vt verba sancti euangelii que modo in nostris auribus sonuerunt. etiam ex mente capere vtrūqz possimus. ait enim dominus ihesus. non turbetur cor vestrū. creditis in deum et in me credite.

℟. Tristicia vestra allā conuertet in gaudium allā. ℣. Mundus autem gaudebit vos vero contristabimini sed tristicia vestra. Conuertur. ¶ Lectio octaua.

De mortem tanq̄ homines timerent et ideo turbarentur cōsolatur eos dñs etiā se deū esse contestans creditis in deum et in me credite. consequens em̄ ē vt si in deū creditis. et in me credere debeatis. qđ non esset consequens si christus non esset deus.

℟. Lux perpetua. ¶ Lectio nona.

Sed quid est quod sequitur in domo patris mei multe mansiones sunt. nisi qui et sibi metuebant vnde audire debuerunt. non turbetur cor vestrum. quis enim eorū non metueret. cum petro dictum esset fidencior atqz promptiori non cantabit gallus donec ter me neges. tanq̄ ergo essent ab illo merito turbabantur.

℟. Filie hierusalem. ps. Te deū. ℣. Nimis honorati sunt. In laudibus añ. Sancti tui dñe florebunt sicut lilia allā et sic odor balsami erūt ante te allā. ps. Dñs reg. añ. Sancti et iusti in dño gaudete alleluia. vos elegit deus in hereditatem sibi allā.. ps. Jubilate. añ. In celestibus regnis sanctorum habitatio allā et ineternum requies eorum allā. ps. Deus deus meus. añ. Sancti spiritus et anime iustorum hymnum dicite deo nostro alleluia alleluia. ps. Bñd. o. añ. Justi fulgebunt sicut sol in regno patris eorum allā. ps. Laud. d. Capi. Per manus. Hymnus Exultet celum. ℣. Constitues eos. añ. tota ante. Tanto tempore vobiscum sum et non cognouistis me philippe qui videt me videt et patrem allā allā. ps. Bñd. Oratio. Deus qui nos annua. vt supra. Ad horas añ. laud. Ad primā añ. Sancti tui ⁊c̄. Ad terciam añ. Sancti et iusti. Capi. Per manus. ℟. Gauisi sunt discipuli alleluia allā viso dño allā. Gloria. Gauisi sunt. ℣. Cognouerunt. Oratio vt supra. Ad sextam añ. In celestibus. Capi. Non vos. ℟. Cognouerunt dominum alleluia alleluia. ℣. In fractione panis alleluia. ℣. Non turbetur. Oratio. vt supra. Ad nonam añ. Justi fulgebunt. Capi. Scimus qm̄. ℟. Non turbetur cor vestrum alleluia. ℣. Ego vado ad patrem allā. ℟. Gauisi sunt. Oratio vt supra. Regula Si hoc festuz dominica eueniat omnia fiunt de festo. memo. de dominica Expō dñicalis feria quarta sequen̄. reformabitur. Itez si sabbato in pascalibus vel die quasi modo aut in crastino eueniat feria tercia fiet de festo. nisi sit pasca annotinum. Si sit feria quarta sequen. fiet de festo. Item si dominica ante ascensionis eueniat de festo fiet memo. de dñica Expō dñicalis feria sexta sequen̄. legetur. Item si feria secūda ante ascen̄. eueniat de festo fiet ⁊ memoria de ieiunio. in matuti. et in vlti. vesp. Expō de ieiunio feria tercia sequen̄. legetur et fiet iterum memoria de ieiunio Item si feria tercia ante ascen̄. eueniat de festo fiet integre et nulla fiet memoria. Item

si in vigilia ascen. eueniat de festo fiet.
Et legetur ad matutinas expositio vero
apostolorum dimittetur et fiet memo-
ria de vigilia añ. Clarifica me. Item
si in die ascen. eueniat in crastino fiet de fe
sto. ita ꝙ post vltimos vespe. ascen. incipi
etur ℟. apostolorum Candidi facti sunt cū
versu et gloria. Hymnus Exultet. vt su
pra. Sequitur completo. Semper fit me
de octa. in crastino et aliis diebus. Item
si in crastino ascen. eueniat de festo fiat
vt dictum est si die ascen. eueniat. In vl-
timis vespe. añ. Iurauit dominus. cū aliis
Capi. Per manus. Hymnus Exultet
℣. Sancti sunt. añ. tota ante. Si manse-
ritis in me et verba mea in vobis man-
serint quodcūqꝫ petieritis fiet vobis alle
luia. ps. Magnificat. Oratio vt supra
Sequuntur memo. achi et acheoli. añ.
Filie hierusalem. Letamini. ¶ Oratio
Deus qui nos concedis. de communi
et nominantur. Ad completo. vt supra.
¶ In festo achii et acheoli martyrum
fiunt nouem lectiones cum semiduplo.
Ad matutinas Inuita. Alleluia Regem
Hymnus Eterna añ. Nouit dominus cū
aliis et ps. de cōmuni martyrum et cum
alleluia in tribus nocturnis. ℣. Scuto bo
ne. ¶ Lectio prima

Omnium quidem bonorum fi-
delium christianoruꝫ maxime
tamen gloriosorum martyruꝫ
vox est. si deus pro nobis quis con-
tra nos. fremebat mundus aduersus
eos populi meditabantur inania. pri
cipes cōueniebāt in vnum et cogita-
bantur noui cruciatus et penas incre
dibiles inueniebat ingeniosa crude-
litas.
℟. Absterget deus. ¶ Lectio secūda

Obruebantur obprobriis fal-
sis. arguebantur criminibus
custodiis intollerabilibus in-
cludebantur. vngulis exarabantur.
ferro perimebantur. et dicebant xpi
martyres. si deus pro nobis quis con
tra nos. totus mundus contra vos
et dicitis quis contra nos.
℟. Viri sancti. ¶ Lectio tercia

Respondent et ipsi. et quis est
totus mundus. dicamus si de-
us pro nobis quis cōtra nos
Seuire possunt. possunt maledicere
possunt calumniari possunt falsis ob
probriis agitare. postremo possunt
corpus non solum perimere verum
etiam dilaniare. Et quid facient. ecce
enim deus adiuuat me dñs susceptor
est anime mee.
℟. Tradiderunt corpora. Lectio quarta

Quid si mundus interfector est
corporis mei quando deus su
sceptor est anime mee et resti-
tutor est corporis mei. quid mihi de-
erit si menbra mea laceret inimicus.
quando capillos meos dinumerat de
us. Exhortans martyres suos chri-
stus ne ab inimicis persecutoribus a
liquid formidarēt. capilli inquid ve-
stri numerati sunt.
℟. Sancti tui dñe.
¶ Lectio quinta.

Quid timebo ergo damno men
brorum quando securitatē ac
cipio capillorum ergo dicamus fla-
grantissima caritate. si deus pro no-
bis quis cōtra nos. O beate martir
ecce contra te omnis populus et di-
cis quis contra nos.
℟. Verbera. ¶ Lectio sexta.

Sed vnde ꝓbas o beate et glo
riose martir. vnde mihi pro-
bas qui dicis si deꝰ ꝓ nob̄ qs
ꝯtra nos ſꝫ ꝓba qꝛ deꝰ ꝓ nob̄. nōne
ergo ꝓbo. ecce doceo qꝛ ꝓprio filio
suo nō pepcit deꝰ ſꝫ ꝓ oībꝰ tradidit
illū hoc itaqꝫ cū apl's legerēt audistis
℟. Hec est vera. ¶ Lectio septima

D Non enim dixisset si deus pro nobis quis contra nos tanq̃ ei diceretur. proba quia deus pro nobis continuo attulit grande documentũ. continuo introduxit martirem martirum. testem testium. illum scz cui filio proprio pater non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum.

℟. Preciosa in conspectu. Lectio octaua

Q Quomodo ergo et non cũ illo omnia nobis donauit. nũquid terret te fremitus mundi cui donatus es artifex mundi. xp̃us donatus est pro nobis. vt nullos xp̃i inimicos in hoc seculo timeamus. qs em̃ nob donatus sit audite. In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum.

℟. Lux perpetua. Lectio nona.

I Ipse est xp̃us. ipse est vnigenitus filius dei. ipse est gignenti coeternus. omnia per ipsum facta sunt. quomodo non nobis data sunt que per ipsuz facta sunt. quando nobis donatus est ipse per quem omnia facta sunt. et vt sciatis quia ipse est. verbum caro factum est et habitanit in nobis.

℟. Filie hierusalem. p̃s. Te deum. ℣. Exultabunt. In laudibus añ. Sancti tui. sola. quere philippi et iacobi. Capi. Sancti et iusti. Hymnus Rex gloriose. ℣. Iustorum anime. añ. Lux perpetua. p̃s Bñdictus. Oratio. Deus qui nos de cõmuni. Ad horas añ. laud. ℣. sup. ix. quere supra. Ad terciam añ. Sancti et iusti Capi. Reddet deus. ℟. Letamini in domino cum ali. 3 et cum allelnia. Oratio vt supra. Ad sextam. añ. In celestib; Capi. Sancti et iusti. Ad nonam. añ Iusti fulgebunt Capi. Sancti per fidez Regula Si hoc festum dominica eueniat de festo fiet et memo. de dominica. Ad matuti. fiunt sex lectiones de legenda predicta et tres de expõe dominicali. Item si die quasi modo eueniat siue feria scd'a aut tercia seq̃. fe. iiii. se. fiet de festo nisi propter pasca annotiuuz alia die oporteat reformari festum. Item si dominica ante ascensionis eueniat de festo fiet. memo. de dominica et legetur ad matu. expo. dominicalis. Item si feria secunda ante ascensionis eueniat de festo fiet et legetur expõ de ieiunio ad matutinas et fiet memo. de ieiunio ad matuti et in vltimis vespe.. Item si feria tercia ante ascensionis eueniat de festo fiet ita q expositio de ieiunio legetur ad matu. et fiet iterum de ieiunio memo. vt supra. Item si in vigilia ascẽ. eueniat de festo fiet et legetur ad matu. expõ. de vigilia de qua fiet memo. et tunc in primis vespe. ascen. fiet memo. de sanctis. añ. In celestibus. Item si die ascẽ. eueniat de festo fiat sabbato sequẽ. vt fest. sancte crucis feria sexta scz in crastino ascẽ. eueniens suum liberum habeat officium. In festo Inuentionis sancte crucis fiunt nouem lectiones cum semiduplo. Ad vespe. añ. Helena. sola super p̃s. diei. Ca.

M Michi autem absit gloriari nisi in cruce dñi nostri ihesu xp̃i per quem mundus crucifixus est et ego mundo.

℟. Xp̃us resurgens. ℣. Dicãt. non dicitur gloria. Hymnus

S Signuz crucis mirabile olim per orbem renitet in qua pependit innocens xp̃us redemptor omniuz. Hec arbor est sublimior cedris habet quas libanus que poma nescit noxia sed ferre vite premia. Tu christe rex piissime huius crucis signaculo horis momentis omnibus munire non abnuas. Vt ore tibi consono et corde deuotissimo possimus omni tempore grates referre debitas. Quesumus auctor omnium.

℣. Hoc signum crucis erit in celo Cum dñs ad iudicandum venerit. añ. tota ante O crux benedicta quia in te pependit salvator mundi et in te triumphauit rex angelorum allã. ps. Magnificat. Oratio.

Deus qui in preclara salutifere crucis inuentione passionis tue miracula suscitasti concede vt vitalis ligni precio eterne vite suffragia consequamur. Qui. Sequitur primo memo. de sanctis. añ. In celestibus. ℣. Letamini. Oratio vt supra. Deinde de allexandro et aliis. añ. Filie hierusalem. ℣. Exultent iusti. Oratio

Presta quesumus omnipotens deus vt qui sanctorum tuorũ iuuenalis allexandri euentii et theodoli natalicia colimus a cunctis malis imminentibus eorum intercessione liberemur. Per

Ad completo. sicut decet. Inuitatorium O crux benedicta que sola fuisti digna portare regem celorũ et dñm. ps. Venite Hymnus Eterna xpi. In primo nocturno añ. Nouit dñs. ps. Beatus vir. añ Mirificauit. ps. Cum inuocarem. añ. Admirabile est. ps Dñe dñs noster. ℣. Scuto. Lectio prima

Aurelianus sanctum allexandrum papam iussit sibi exhiberi. dixitq3 ei. exquiro a te prius. que tante rei causa est. vt optes magis occidi q̃ vinci. sanctus allexãder dixit. dico tibi. non licet sanctum dare canibus. aurelianus dixit. nũquid ego canis su3. cessent verba quia presto sunt verbera.

℟. Absterget deus. Lectio secunda.

Sanctus allexander dixit ego non timeo verbera ista transitiua sed illa tormenta eterna timeo q̃ tu nõ times. tunc aurelianus iussit eũ torqueri in eculeo. et vngulisq3 lampadibus attrectari. cũq3 diu hoc fieret. et ille nulla3 emitteret vocem. dixit ei aurelianus. quid taces. sãctus allexander dixit. quia tempe orationis homo xpianus cum deo loquitur. Tu autem.

℟. Viri sancti. Lectio tercia.

Deposito autem allexandro iussit aurelianus applicari euentium et theodolu3. quem interrogans dixit aurelianus. dic mihi allexander, isti qui sunt. respondit. ambo sancti viri. ambo presbiteri. applicato itaq3 sancto euẽtio. aurelianus dix i quis diceris. respondit sanctus euencius nomie carnali euẽti9 dicor spirtuali chirstianus sum.

℟. Tradiderunt. In secundo nocturno. añ. Dñe qui operati sunt. ps. Dñe quis habitabit. añ. Hec est generatio. ps. Dñi est terra. añ. Letamini. ps. Beati quorum. ℣ Exultent iusti.

Dixit ei aurelianus. Consule senectuti tue et nega christu3 esse deum tuum. et amicũ me um faciam te comitemq3. Sanctus euentius dixit. putabam te sapere. sed tu miser age penitentiam. et crede cristum filium dei viui. et amoto eo iussit theodolum applicari. cui dixit. tu es qui iussa mea pro nihilo computasti. sanctus theodolus dixit. et pro nichilo teipsum computabo per omnia quia sanctos dei his supplicijs maceras.

℟. Sancti tui dñe. Lectio quarta

His auditis iussit aurelianus sanctum euencium et sanctu3 theodolum decollari. sanctu3 vero allexandrum pungi per tota mẽbra precepit. cũq3 eis quasi mortuis exultaret vox facta est de celo ad eũ dicens. aureliane; istis quibus insultas apertus est paradisus deliciarum tibi autem apertus est tartarus et iu

ternus. ad hec verba aurelianus to-
tus ꝯtremuit ita vt i febre ꝯuolut⁹ ē
℟. Uerbera carnificum. ¶ Lectio sexta

Dixit autem aurelianus vxo-
ri sue. ora pro me domina se-
uerina deum tuū. vt indulgeat
mihi. seuerina dixit. ego vadā ⁊ ꝑ me
sepeliā eos ne et mihi similiter cōtin-
gat. vadens autem cum pluribus vi
ris religiosis sanctum euentiū et san
ctum allexandrum in vno posuit mo
numento sanctum vero theodolū in
altero loco sepeliuit. seuerina vero ci
to rediens inuenit aurelianum loquē
tem aliena et calentem febribus. Cui
dixit seuerina. noluisti me audire. ecce
tu mala morte morieris et me viduā
derelinques. qui mox expirauit masti
cans linguam suam.
℟. Hec est vera. ¶ In tercio noctur.
aṅ. Gregem tuū pastor bone placatus in
tende et oues quas precioso sanguine re-
demisti nō sinas diabolica fraude lacerari
allā. ps. Cantate. i. aṅ. Adoramus te xp̄e
et benedicimus tibi qui per crucem tuā
redemisti mundū allā. ps. Dn̄s regna.
primus. aṅ. Adoremus crucis signaculum
per quod salutis sūpsimus sacramentū al
leluia. ps. Cantate. secundū. ℣. Dicite
in nationibus Quia dn̄s regnauit a ligno

In Ierosolimis inuentio sancte
crucis ab helena regina sub cō
stantino principe cuius et ipsa
extitit mater. que diuino vt exitus do
cuit inspirata consilio rogauit filium
suum vt sibi facultatem daret ꝙ illic
cuncta loca dn̄icis impressa vestigi-
is templis et idolis profane impieta
tis purgaret. Itaq₃ prompto filii im
peratoris assensu mater augusta pate
factis ad opera sua thezauris. tota
abusa fisco est. Regina igitur illa ve
nerabilis vt venit hierosolimam di-
ligenter et pie locis illis crucem do-
mini inquirere studiosissime adorsa
est. Nam christianos et iudeos peri-
tos. accitos in hierosolimam congre
gauit. quorum omniū vna de loco te
stificatio confirmata est. vbi ilico re
seratis terre sinibus fodendo. abdite
crucis archana patuerunt. ℟.
℟. Dulce lignum dulces clauos dulce pō
dus sustinuit Que digna fuit portare preci
um huius seculi allā. ℣. Hoc signū crucis
erit in celo cū dn̄s ad iudicādū venerit. q

Sed cum tres pariter cruces
reperte fuissent. gratulatio ce
pit anxia dubitatione confun-
di ne forte pro cruce dn̄i patibulum
elegeretur latronis. aut salutare li-
gnum pro stipite latronis abiciendo
vigilaretur. vnde consultum est vt di
cta regina aliquem recent mortuum
inquiri et afferri iuberet. Machari-
us per idē tempus ecclesie illius epi-
scopus presens erat. nec mora cada-
uer illatum est. deponitur iacenti vna
de crucibus. admouet̄ ⁊ altera sed ea
rū ligna mors spreuit. postremo dn̄i
cam crucem prodiit resurrectio et sa
lutaris ligni tactum morte profuga
funus excussum et corpus erectum
est. tremefactisq₃ viuētib⁹ stetit mor
tu⁹ et ilico inter spectatores suos re
diuiuus incessit. ℟.
℟. Hoc signum crucis erit in celo cū do
minus ad iudicandū venerit Tunc mani-
festa erunt abscōdita cordis nostri alleluia
alleluia. ℣. Cum sederit filius hoīs in se-
de maiestatis sue et ceperit iudicare secu-
lum per ignem. Tūc. ¶ Lectio nona.

Ita enim vt crucē christi do
cuit experimēto resurrectiōis
inuenta et ꝓbata est crux chri
sti digne igitur in passionis loco ba
silica condita consecratur vbi par-
tem crucis techis argenteis conditā
incomparabilis fide regina dereliquit

partemq3 ligni ipsius salutaris detu-
lit filio suo apud bisancium que mo-
do constantinopolis appellatur. Cla-
uos quoq3 quibus corpus domini -
eum fuerat affixum. Eadem venera-
bilis regina portauit ad filiu3 ex qui-
bus ille frenos cõposuit quibus vte-
retur ad bellum et ex aliis galea3 bel-
lo nihilominus aptam. R.
R. O crux benedicta que sola fuisti digna
portare regem celorum et dñm allã. V.
O crux admirabilis euacuatio vulneris
restitutio sanitatis. Que sola. ps. Te de-
um. V. Adoramus te christe. In lau-
dib9 añ. Helena cõstãtini mater hieroso-
limam petiit alleluia. ps. Dñs regna.
añ. Tunc precepit eos omnes igne crema-
ri at illi timentes tradiderunt iudam alle-
luia. ps. Jubilate. añ. Helena sancta
dixit ad iudam comple desiderium meum
et viue super terrã vt ostendas mihi qui
dicitur caluarie locus vbi absconditu3 est
preciosum lignũ dñicũ allã. ps. Deus de-
us meus. añ. Cũq3 ascendisset iudas de
lacu perrexit ad locum vbi iacebat sancta
crux allã. ps. Bñd. Orabat iudas deus
deu3 meus ostende mihi lignũ sancte cru-
cis allã. ps. Lau. Capi. Mihi autem.
Hymnus. Dignũ crucis. V. Hoc signũ
crucis. añ. tota ante. Cum autem orasset iu-
das cõmotus est locus ille in quo iacebat
sancta crux allã. ps Bñd. Oratio Deus
qui in preclara. Sequitur de martyri-
bus memoria añ. Lux perpetua. V. Ju-
storum anime. Oratio Presta quesu-
mus. Ad primam añ. Helena san-
cta dixit ad iudam comple desideriu3 me-
um et viue super terram vt ostendas mi-
hi qui dicitur caluarie locus vbi abscon-
ditum est preciosum lignum dominicu3 al-
leluia. Ad terciam añ. Tunc. Capitu-
lum Mihi. R. Dulce lignum dulces
clauos dulce pondus sustinuit alleluia alle-
luia. V. Que digna fuit portare precium
huius seculi alleluia alleluia. Gloria patri
R. Dulce lignum. V. Hoc signum cru-
cis. Oratio vt supra. Ad sextam.

Capitulum.

Christus factus est pro nobis
obediens vsq3 ad morte3. mor-
tem autem crucis.

R. Hoc signum crucis erit in celo alle-
luia alleluia. V. Cum dominus ad iudicã-
dum venerit alleluia alleluia. V. Adora-
mus te christe et benedicimus tibi. Ora-
tio vt supra. Ad nonam.

Capitulum

Nos autem gloriari oportet in
cruce dñi nostri ihesu christi
per quem mihi mũdus cru-
cifixus est et ego mundo.

R. Adoramus te christe et benedicimus
tibi alleluia alleluia. V. Quia per crucem
tuam redemisti mundum alleluia alleluia.
R. Dulce lignum dulces clauos. Oratio
vt supra. Regula Si hoc festum
dominica eueniat de festo fiat integre et
memo. de dominica post memoriam mar-
tyrum. Expositio dominicalis in crastino
legetur. Item si feria secunda post qua-
si modo eueniat feria quinta hoc est die
beati Johannis fiet officium. Et festum
beati Johannis feria sexta reformabitur
et fient primi vesperi de sancto Johanne
Deinde de cruce et de martiribus nisi im-
pediat pasca annotinum. Item si feria
tercia vel quarta post quasi modo eueni-
at feria quinta sequẽte officium reforma-
bitur nisi pasca annotinum impediat
Item si dominica ante asceñ. eueniat
de festo fiet expõ dominicalis feria tercia
sequeñ. legetur. Item si feria secũda
ante asceñ. eueniat de festo fiet. et memo-
ria de ieiunio in matutinis et in vltimis
vesperis. Expositio de ieiunio feria ter-
cia sequente legetur et fiet iterum me-
moria de ieiunio. Item si feria ante
ascensionis eueniat. de festo fiet integre.

Item si in vigilia asceñ.eueniat de festo fi
et.ita q tres lectiones fient de m.rtyribus
tres medie de cruce et tres vltime de ex
positione vigilie et fient memo.de vigi-
lia. añ. Clarifica. In primis vs.asceñ.
fiet memo. de cruce et de martiribus.
Item si die asceñ.eueniat de festo fiet in
crastino de quo fiet memo. in vltimis vs.
asceñ. añ. O crux. v. Hoc signum.Ora-
tio Deus qui in preclara. Deinde de
martiribus. añ. Filie hierusalem.v. Le
tamini. Oratio Pñra q. Sequitur r. si
placet. Xpūs resurgens. v. Dicant nūc
v. Dicite in nationi. Oratio Solita.q.
Deinde Regina celi. v. Post partum.
Oratio Famulorum.Et fit semper memo.
de octaua asceñ..Et si in crastino asceñ. re
cte eueniat de festo fiet vt dictum est. Et
si sabbō post asceñ.eueniat de festo fiet in
tegre.In vltimis vs.post memo. marty
rū fiet memo. de octa. deinde de domini
ca. Item si dominica infra octa.eueniat
de festo fiet vt dictum est et memoria de
octaua.vltimo de dominica.Expō domini
calis in crastino legetur. In vltimis vs
añ.Orabat iudas.v.de laud.super ps.de
diei. Capi. Mihi.Hymnus. Signum
crucis. v. Hoc signum crucis. añ.
tota añ. O crux splendidior cunctis astris
mundo celebris hominibus multum ama
bilis sanctior vniuersis que sola fuisti di-
gna portare talentum mundi dulce lignū
dulces clauos dulcia ferens pondera sal-
ua pñtem cateruam in tuis hodie laudibus
congregatam alleluia allā.ps. Magnifi
cat. Oratio Deus qui in pre.Sequitur
de martyribus memo. añ. In celestibus
v. Letamini. Oratio vt supra. Deinde
memo. de dominica si sabbō vel domini-
ca hoc festum eueniat.

In festo Johannis ante portam latinam
Ad vs alleluia feriales super ps. diei si sit
ante asceñ.si vero post dicitur super ps.
añ. Sapientiā eorum narrent populi et
laudem eorum pronūciet omnis ecclesia al-
leluia. ps. de die. Capi. Per manus.r.
Quatuor aialia. Hymnus Exultet ce-
lum. v. Sancti sunt discipuli. añ.tota an
te Ecce ego Johannes. quere omnia in
festo sancti marci. Oratio.

Deus qui nos conspicis. quia
nos vndique mala nostra pertur
bant presta qs vt beati iohan
nis apostoli tui et euāgeliste interces-
sio gloriosa nos protegat.per dnm.
Ad matuti. Alleluia Regem euangelistarū
ps. Venite. Hymnus Eterna xpi. añ.
Conuocatis ihesus.cum aliis et ps. et v.

Lectio prima.

Quod fuit abinicio quod audi
uimus quod vidimus oculis
nostris quod prospeximus et
manus nostre contractauerūt de ver
bo vite.et vita manifesta est.et vidi-
mus et testamur. et annūciamus vo
bis vitam eternam que erat apud pa
trem et apparuit nobis.
r. In visione dei cum aliis in ordine.

Lectio secunda.

Quod audiuimus et vidimus et
annūciamus vobis vt et vos
societatem habeatis nobiscum
et societas vestra sit cum patre et fi-
lio eius ihesu christo.et hec scripsi-
mus vobis vt et vos gaudeatis. et
gaudium vestrum sit plenum. et hec
est annunciatio quam audiuimus ab
eo et annūciamus vobis quoniam de-
us lux est et tenebre in eo non sunt
vlle.

Lectio tercia.

Si diximus qm habemus so-
cietatem cum illo et in tene-
bris ambulemus mentimur et
veritatem non facimus.si autē in lu-
ce ambulemus sicut et ipse in luce
est societatem habemus ad inuicem et
sanguis christi filij eius emundat
nos ab omni peccato.Lectio quarta

SI dixerimus quoniam pecca
tum non habemus. ipsi nos se
ducimus et veritas in nobis
nō est. si confiteamur peccata nostra
fidelis et iustus est vt remittat nobis
peccata nostra et emūdet nos ab om
ni iniquitate. ¶ Lectio quinta.

SI dixerimus quoniam pecca
tum non fecimus mendacē fa
cimus eum et verbū eius nō
est nobis. filioli hec scribo vobis vt
non peccetis. sed et si quis peccauerit
aduocatum habemus apud patrem
ihesum christum iustum. et ipse est ꝓ
piciatio pro peccatis nostris. non pro
nostris tm̄ sed etiā pro tocius mundi.

¶ Lectio sexta

ET in hoc scimus quoniam co
gnouimus eū. si mandata eius
seruemus. qui dicit se nosse
deum et mandata eius non custo-
dit mendax est et veritas in hoc non
est. qui autem seruat verbum eius ve
re in hoc caritas perfecta ē et in hoc
scimus quoniam in ipso sumus.

¶ Lectio septima.

QVi dicit se manere in illo. de-
bet sicut ambulauit et ambu-
lare. karissimi non mandatū
nouum scribo vobis sed mandatū ve
tus quod habuistis ab inicio. manda
tum vetus est verbum quod audistis

Lectio octaua

ITerum mandatum nouū scri
bo vobis quod verum est et
in vobis et in ipso. quia tene-
bre iam transierunt et verum lumen
iam lucet. qui dicit se in luce esse
et fratrem suum odit in tenebris est
vsq; adhuc. qui autem diligit fratrē
suum in lumine manet et scandalum
in eo non est. qui autem odit fratrem
suū in tenebris est et in tenebris am
bulat et nescit quo eat. quoniam tene
bre obscurauerunt oculos eius.

Lectio nona.

SCribo vobis filioli qm̄ remit
tuntur vobis peccata vestra
propter nomē eius. scribo vo
patres. quia cognouistis eum qui ab
inicio est. scribo vobis adolescentes
quoniam vicistis malignum. scribo
vobis iuuenes q2 fortes estis ⁊ ver-
bum dei manet in vobis et vicistis
malignum.

ps. Te deum. ℣. Nimis honorati sūt.
¶ In laudibus añ. Dilecti deo. sola. Ca
pitulū. Per manus. Hymnus. Exul-
tet celum. ℣. Constitues eos. añ. tota
ante. In feruentis olei. quere in festo sā
cti iohannis euāgeliste. Oratio. Deus
qui conspicis. Ad horas añ. laudum
Dilecti deo ℣. sup̄ .ix. Capi. Per ma-
nus. cum aliis. ℟. Gauisi sunt discipuli. cū
aliis. Oratio Deus qui conspicis.

¶ Regula Si hoc festum dominica eueni-
at de festo fiet et legetur expō dn̄icalis ad
matuti. semper fit memoria de dn̄ica.
Item si feria quinta post q̄si modo eueni-
at feria sexta sequēte fiet de festo et tunc
fient primi vespi de festo et vltimi.
Item si dn̄ica ante asceñ. eueniat de festo
fiet integre et memo. sicut dictum est. et
legetur expō dn̄icalis. ¶ Item si feria se
cunda ante asceñ. eueniat de festo fiet. et le
getur expō de ieiunio de quo fiet memo.
in matuti. et in vltimis vespis. ¶ Item
si feria tercia ante asceñ. eueniat de festo
fiet absq; memo. ¶ Item si vigilia ascē.
eueniat de festo fiet vt supra et legetur ex
pō vigilie de qua fiet memo. et in primis
vespe. asceñ. fiet memoria de festo. Tua
sunt hec xpe. ℣. Gauisi. Oratio. Deus qui
conspi. ¶ Item si die asceñ. eueniat de fe
sto fiet in crastino ⁊ memoria de octaua ta
men in vltimis vespis asceñ. fiet memo.
de festo. Ecce ego. ℣. Gauisi sunt disci.
Oratio. Deus qui conspicis.

¶ Item si dñica infra octa. ascen. eue-
niat de festo fiet integre Et legetur expõ
dñicalis et fit memo. de octa. et de dñica.
In vltimis vs añ. Iurauit dñs cum aliis
et cum alleluia. Capitulũ. Per manus.
Hymnus Exultet. ℣. Gauisi sunt. añ. to
ta ante magnifi. Tua sunt. Oratio Deus
qui conspicis.

¶ In translatione beati nicolai episco-
pi et confessoris fiunt nouez lectiones cũ
semiduplo. añ. Beatus nicolaus. sola. Ca
pitu. Ecce sacerdos ℟. Beatus nicola-
us. Hymnus Exultet aula celica. nec
dicitur Presta pater ingenite. sed quesu-
mus autor. cum Gloria tibi. ℣. Amauit
añ. tota ante. O pastor eterne. Oratio.
Deus qui beatum nicolaum. Ad com
pleto. vt decet Inui. Adoremus regem.
Venite. Hymnus Iste confessor.

¶ In primo nocturno añ. Beatus vir
cum aliis. et ps. vnius confessoris. ℣.
Uoce mea. cum aliis.

¶ Lectio prima

ANno domini millesimo octo-
gesimo septimo quadraginta
quatuor barenses cum tribus
nauibus antiochiam negociandi cau
sa profecti sunt et de rapiendo beati
nicolai corpore colloquiũ habuerũt
cum venetis quos ibi reperierunt si
bi notis. Veneti vero se idem asse-
runt concepisse. nam ad hoc malleos
et palos ferreos se habere cõfessi sũt
et ꝙ temptare deberent.
℟. Euge serue bone.

¶ Lectio secũda.

HIs itaqz dictis vnaꝫ mirreuz
littus attingentes apprehensis
armis. paucisqz relictis qui
naues custodirent metuentes quip-
pe quoniam illa terra genti infideli
subdita erat claustrum intrant eccle-
sie et armis depositis orationeqz fa-
cta a tribus monachis sepulcri custo
dibus oleũ ex more recipiunt. quod
cum lupus quidam eorum socius in
ampula vitrea recepisset super paui-
mentum marmoreum ex alto vbi re-
posita erat corruens cunctis miranti
bus integra reperta est.
℟. Ecce sacerdos.

¶ Lectio tercia.

DOrro cum dictis monachis
quasi temptando colloquẽtes
dixerunt. volumus hinc san-
ctum corpus ad nostraz patriam trã
sportare missi ad hoc a romano pon
tice. et pro consenciendo centum soli-
dos aureos promittunt. illi vero nõ
putantes posse fieri dixerunt. Ecce
locus tẽptate. his vero dictis matheus
quidam ex nautis cum malleo fran-
gens pauimentum vrne dorsum ape-
ruit. hinc exorta leticia veterem iun-
cturam calcis cum alciola dissipant
vnde suauissimus odor exiit. qui eos
mira delectatione repleuit.
℟. Confessor dñi. quere in alio festo.

¶ Lectio quarta.

DIctus vero iuuenis inmer-
gens brachium in liquorem
thesaurum preciosissimum in
uenit. qui existimans caput menbris
deesse audacia temeraria pedibus in-
grediens Sic enim tunc necessitas
ãnonebat reperiẽs caput est egressus.
duodecimo kalendas mayas. Inte-
rea quidam de reliquijs minimis clã
occultauerunt sed frustra.
℟. Posui adiuto.

¶ Lectio quinta.

SAcros itaqz artus vnius di-
ctorum presbyterorum cami-
sia inuoluentes non sine comi
tatu angelico et laudibus vt laici sci
ebant ad littus quod inde quasi tri-
bus miliaribus distabat venerunt.

Ubi orta contentione que nauis illā ferret bonus desiderabile cōmuniter concessum est. ut nauis ubi matheus huiꝰ operis operator erat. illud veheret. sed acta igitur discordia. ratem ascendunt et alio inuoluentes panno ligneo vasculo recondunt.
℟. Iste est.

Lectio sexta.

Interea hec cōperientes mirrei ad littora tendunt et de rapto pastore lugentes crines ⁊ barbas euellunt et eiulantes ad propria reuertuntur. Illi vero alacriter nauigantes ad locum qui dicitur macri applicantur. Iam tribus noctibus gemisqȝ diebꝰ borea cōtrariū habentes hesitauerunt an corpus haberent. vel si veraciter haberēt nō de voluntate sancti se gerere arbitrātur ℟. Dum vero. quere in alio festo.

Lectio septima.

Nunc quidā illoꝝ dixerunt. tā durabit aduersitas. quousqȝ artubus ceteris particule que sunt sepate cōiungātur. Redditis autē quas claȝ absconderāt pticulis nō senserunt amplius aduersa ventorum sed vni de nautis cui nomen disignis nocte apparens ymago beati nicolai dixit. nolite timere quia vobiscū sum ℟. ℟. Iste homo.

Lectio octaua.

Dictus vero designis dixit. tu qui es. cui responsum sic venerabilis retulit heros. suȝ nicolaus ego vobiscum qui modo dego. die vicesimo a quo corpus meum ab stulistis barneū portum intrabitis. ⁊ his dictis euanuit. inde portum sancti georgij. paucis diebus adierunt q a barneis menibus quasi quinqȝ abest miliaribus.
℟. Amauit.

Lectio nona.

Et autem ibi venerūt inde ad clerū et populuȝ barenses nūcios pmiserunt qui eis cum laudibus obuiauerunt. sed quia vrso barensis archiepiscopus tūc aberat. apud tranum helie abbati sancti benedicti qđ supra portum situm est capsellam cū sanctis reliquijs cōmendarunt quas tribus diebus ⁊ noctibus sollemniter custodiuit. nam inde postea fuit ablata et ad curiaȝ que dicitur hratepam portate adueniente archiepiscopo et in ecclesia beati stephani collocata. ℟. Ex eius tumba. ps̄ Te deum. ℣. Ora pro nobis. In laudi. añ. Amicus dei nicolaus. sola. Capi. Ecce sacerdos. Hymnus Exultet aula. ℣. Iustum deduxit añ. tota ante. Copiose caritatis. ps̄. Bñd. Oratio. Deus qui beatum. Ad horas añ. laud. in ordine. Beatus nicolaus. cum aliis In fine hymnorum dicitur Quesumꝰ auctor omnium Gloria tibi domine Capi. et ℟. cum allā de cōmuni confessorum. Oratio. Deus qui beatum nicolaum.

Regula si hoc festum dominica eueniat de festo fiet et memoria de dominica In vltimis vesperis fiet vltimo memoria de sancto gordiano et epimacho Expositio dominicalis feria tercia sequente legetur. Et si dominica ante ascensionis eueniat de festo fiet expositio dominicalis feria tercia sequente legetur.

Item si feria secunda ante ascensionis eueniat de festo fiet. et legetur expositio de ieiunio de quo fiet memoria in matutinis et in vltimis vesperis primo fiet memoria de sancto gordiano et epymacho Deinde de ieiunio.

Item si feria tercia ante ascensionis eueniat de festo fiet sine memoria.

Item si in vigilia ascensionis eueniat de festo fiet et legetur expositio vigilie de qua fiet memoria.

¶ Itez si in die ascen. eueniat in crastino fiet de festo memoria de octaua. et in vltimis vespis ascen. fiet memo. de festo. añ. O pastor. ℣. Amauit. Oratio. Deus qui beatum nicolaum. ¶ Itē si dñica infra octa. ascen. eueniat de festo fiet integre primo memo. de octa. et de dñica. et legetur expō dñicalis feria secunda sequente. ¶ Et si hoc festuz die octauarum eueniat de festo fiet in crastio octaue et fiet in vlti. vs. octa. de sancto nicolao tantūmodo memoria. añ. O pastor. De aliis vero sanctis non fiet nisi ad missam. ¶ Item si hoc festum sabbō ante penthecosten eueniat feria sexta precedēte fiet de festo. ¶ In vltimis vespis añ. O. per omnia super ps. diei. Capi. Ecce sacerdos. Hymnus. Exultet aula. ℣. Amauit. añ. tota ante. O xpi pietas. ps. Magnificat. Oratio Deus qui beatum nicolaum.

Gordiani et epimachi de quibus fiunt in crastino nouē psalmi sine Te deum nisi aliquid impediat. añ. Filie hierusalem. ℣. Letamini in domino. ¶ Oratio.

Da qs omnipotēs deus vt qui beatorum martyrum tuorum gordiani et epimachi sollemnia colimus eorum apud te intercessionibus adiuuemur. Per.

Ad comple. sicut decz Inuitato. Allá allá allá. ps. Venite. Hymnus Eterna xpi añ. Allá allá allá. super nouem ps. de cōmuni martyrū. ℣. Scuto bone. Tres lectiones fiunt de tempore. ℟. Preciosa. cū aliis duobus. ℣. Exultabunt sancti. In laudibus añ. Allá sola Capitu. Sancti et iusti. Hymnus. Rex glose. ℣ Iustorū anime. añ. Lux perpetua. ps. Bñd. Orō Da qs o. d. Sequūtur memorie feriales Ad horas alleluia sola. Capi. et ℟. de communi martyrum. Oratio vt supra.

Regula Si sabbato vel dominica vel in octa. euenerint de talibus fit solūmō memoria ad missam. Itē si hoc festū vel nerei vel achillei feria secūda ante ascen eueneriit de sanctis fiunt solūmodo hore et legetur expō de ieiunio de quo primo fit memoria deinde feriales. ¶ Et si isti feria tercia ante ascen. euenerint de istis fit et legetur de tempore solummō fiunt memorie feriales. ¶ Item si festum predictoꝝ sanctorum vigilia ascen. euenerit de ipsis fiet in primis vespe. matu. et in missa solummodo. quia hore fiet de tempore. Et si die ascen. vel in octa. de his fit solummodo memo. ad missam. ¶ Item si feria sexta aut sabbato post octa. ascen. euenerit de his fiunt hore et memorie feriales nisi aliquid impediat. ¶ Nerei et achillei martyrum fiunt tres lectiones sine Te deum. sicut de sanctis Gordiano et epymacho dictum est. Ad vespe. añ. Allá feriales. Ca. Sancti et iusti. Hymnus Sanctorum meritis. ℣. Letamini. añ. Filie hierusalem. ps. Magnificat. Oratio.

Semper nos dñe martyruz tuorum nerei achillei et pancracij foueat qs beata sollēnitas et tuo dignos reddat obsequio. Per.

Sequūtur memo. feriales. Ad matutinas et ad omnes alias horas sicut de aliis vt supra dictum est. Oratio. Semper nos.

Marie ad martyres. Dedicatio panthcō Plurimorum mertyrum fiunt tres lectiones sine Te deum sicut de sanctis supraditis dictum est. ¶ Oratio.

Concede qs omnipotens deus ad eorum nos gaudia eterna pertingere de quoruz nos virtute tribuis annua sollemnitate gaudere. Per.

Sequūtur memo. feriales etc. vt supra.

In festo sancti honorati añ. dicūtur ante ps. et pᵒ. Quem genuit. portus decessit vbi fuit ortus. is suus est ortus suus est occas

et omnis alleluia. ps. de die. añ. dicitur ante ps. et post. añ. Hic eccis. cum aliis de laudibus. Capi. Ecce sacerdos. R. O decus ecclesie. Hymnus Iste confes sor. V. Amauit eum. añ. tota ante. Lux celebris micat in tenebris radiusq3 sere nus est hodie natus ecclesie vir pneu ma te plenus quid meruit quid deseruit si re spiciatur flere piũ gaudere piu3 satis esse probatur allá allá. ps. Magnifi.

Oratio.

Adesto dñe supplicationib⁹ no stris et intercedente beato ho norato confessore tuo atq3 põ tifice dexteram super nos tue propiti ationis extende. Per dñm.

Sequitur memoria de asceñ. si infra octa uã euenerit. Ad comple. fit vt decet. Inuitato. Patris honorati gaudentes de patre nati Festa colant hodie sine iubilã do sophie allá. ps. Venite. exultemus Hymnus. Iste confessor. In primo noct. añ. Presul honorat⁹ hodie sup astra leuatus gaudia post luctum metit et post semina fructum alleluia. ps. Beatus vir. añ. Moribus et gestis puer informa tur honestis cui comes et testis cibus est le uis aspera vestis allá. ps. Quare fremu erunt. añ. Transgrediens metas fragi lis quas vendicat etas in puero factus iã viri senis explicat actus alleluia. ps Dñe quid multipli. V. Uoce mea.

Lectio prima.

Anno incarnati verbi sexcen tesimo tempore pelagij pape qui beatissimum gregoriũ ha buit successorem romanorum impera tor mauricius foce cesaris predeces sor christianissimum regem francorũ childebertum recepit in gratiam ita vt ei thezauros conferret non modi cos. vt ad defensandum imperiũ fie ret mauricii coadiutor. R. Ecce dies celebris celebri dignissima laude. Qua micat in tenebris tua lux somonobris gaude alleluia allá. V. Nescia finiri tibi fax noua cepit oriri. Qua. gloria patri. et dicitur post singulos versus.

Lectio scdã

Quorum enim felicissimis tem poribus beati firmini succes sor ambianensium ecclesia3 re gebat sanctissimus honoratus qui cũ le totum pietatis operibus et diui no cultui mancipasset ieiuniis et vi gilijs carnem domans. corpus serui re faciebat spiritui promptiori. semet ipsum enim diuinis affligens obse quijs caritatis flamma placabile deo sacrificium concremabat.

R. Hic vir magnificus humilis pius atq3 pudicus quo duce marthalic rachel est so cia marie martha laborãdo fuit atq3 ma ria vacando alleluia. V. Ne premat eccle siam regnum ne martha mariam. Mar tha. gloria patri.

Lectio tercia

Hunc autem sibi gratam fuis se hostiam postmodum chri stus ostendit. Quadam enim die cum vir dei tractaret in altari do minici corporis sacramentum vite re meruit palmam domini consecran tis. Illud etiam gloriosis eius me ritis haud dubium est accreuisse. quod eius temporibus preciosa bea torum martyrum fusciani victorici atq3 gentiani corpora pluscq̃ trecen tis annis occulta fidelibus diuina re uelatio patefecit.

R. Iam superis iunctus iam pre consor tibus vnctus transit honoratus de culmi ne pontificatus Ad superos ciues factus de paupe diues allá. V. De gremio mris trãslatus ad atria patris. Ad supe. Gloria patri et filio.

¶ In secundo nocturno añ. Quod caro quod mundus quod ⁊ hostis vult furibundus dum fugit et subicit sibi se tria prelia vicit alleluia. ps. Cum inuocarem. añ. Mole licet pressus carnis super ardua gressus rexit ⁊ erexit nec cũ via prona reflexit alleluia. ps. Uerba. añ Exemplum veri pastoris se in ordine cleri se pocius fieri statuit q̃z velle videri alleluia. ps. Dñe dominus noster. ℣. Gloria et honore coronasti eum domine.

¶ Lectio quarta.

SVpicinus enim presbiter ambianis in somnis ab ãgelo cõmonitus vt corpora illa a loco abdito eruere festinaret. pergens ad locum et mandatis satagens. inuẽtis pignoribus alta voce gaudium ꝓtestãte modulatꝰ est antiphonã quaz a quinto miliario vrbis meruit audire beatissimus honoratus. Tu autez domine.

℟. Etheris ardorem nimium solisq3 calorem Temperat et rorem dat ciuibus vberiorem alleluia alleluia. ℣. Mundus ei cedit mare sydera ventus obedit. Temperat et rorem dat ciuibus vberiorem. Gloria patri.

¶ Lectio quinta.

Patefacto igitur miraculo cũ ad locum clerus et populus conuenissẽt childeberti nuncij cum de mandato regio inuentos thesauros ad regem intenderent asportare. obstitit eorum conatibus diuina potentia ita vt sacras glebas nullatenus mouere valuerit vis humana. Quo audito rex compunctus ibidez martyres fecit honorifice sepeliri. Necnon et ornamenta serica multa ambianensi ecclesie contulit ⁊ vicum megium clericis ibidem beatos martyres honorantibus assignauit. Tu autem domine.

℟. Subueniens multis pater in merore sepultis compedibus fractis et carceribus patefactis Cuibus ingratis dissoluit vincula ligatis alleluia alleluia. ℣. Ut pateat quanti sit vbiq3 potentia sancti. Ciuibus ingratis dissoluit vincula ligatis alleluia alleluia.

¶ Lectio sexta.

His et alijs insignibus clarus antistes. consummato vite cursu tendens ad eternitatis brauium. dum suam visitaret parrochiam pago ponthinensi qui dicitur portus deposita carnis sarcina spm̃ deo cõmẽdauit. Qui locus diu in honore habitus demum exigentibus in habitantium culpis barbaroruz incendijs expositus est et rapinis. Cautum est autez sacris reliquijs nam ossa beati confessoris ad ambianensem ecclesiam inde ablata sunt et sedi proprie cõmendata. Tu autem domine miserere nobis.

¶ Mellifluo flori qui balsama vincit odore alternando chori successi cordis amore Concentu memori digno modulentur honore alleluia. ℣. Gratia dat rorem flori somonobria florem. Concentu memori digno modulentur honore. Gloria patri Alleluia.

¶ In tercio nocturno añ. Ambianense solum dum celum sydere ditat ornans terra polum tenebras splendore maritat. ps. Domine quis habitabit. añ. Subuenit egrotis maioraq3 munera votis dat sibi deuotis positis prope siue remotis alleluia. ps Domine in virtute. añ. Mente vigens munda moriens a morte secunda fugit et ad vitam venit fugi-

endo cupitam alleluia. ps. Domini est terra. V. Posuisti domine.

Lectio septima.

Multa autem ante transitum eius et post admiranda per ipsum operatus est deus que p incuriam et simplicitatem tunc degentium. non sunt litterarum apibus annotata. Ceterum euolutis multis annorum curriculis. vt landem et gloriam confessoris sui dominus dilataret in terris noua eius meritis increbuere miracula. que deuotis auditoribus pium est aperire. Tu autem domine miserere nobis.

R. Luciferi splendens radius super ethera tendens quem colit iste chorus voto prece laude sonorus Spes et amor cleri tu nos dignare tueri alleluia. V. Gloria pontificum pastor bone sydus amicum. Spes et amor cleri tu nos dignare tueri.

Lectio octaua.

Anno itaqз incarnati verbi circiter millesimo sexagesimo philippo francorum regimen procurante ⁊ venerabili guidone ambianensium antistite exigentibus hominum culpis nostram et alias regni prouincias nō modicus solis feruor inuasit. Arbores cum satis flamma depopulans speciem fructuuз cōpulit defraudare. Suspirauit igitur plebs ad diuinum desolata suffragiuз vbi desistebat humanum. Destinauit ambianēsis ecclesia corpus beati honorati circa vrbis claustra deferri. Tu autem domine.

R. Splēdida stella poli pater inclite spernere noli nos tibi deuotos sed ab omni nos crimīe lotos Tecū sorte pari fac nos super astra locari alleluia. V. Maxime pastorum spes portus et aura tuorum. Tecum sorte pari fac nos super astra locari alleluia.

Lectio nona.

Dum autem sacrum corpus honorifice a clero et populo deferretur preeuntem turbam. paraliticus quidam infirma podijs menbra sustentans virumqз secutus est. Sed cum ad ecclesiam sancti martini se totis nisibus euexisset ibi se totum destituit et sanctas reliquias sola mente consequitur. Vnde quod pie obsecrauerat digne meruit impetrare. Nam relictis podijs sanus consurgens turbam cursu citato consequitur qui quod in se factuз est predicans cum reliquis omnibus laudem domino clamitauit. Sed que precipua votorum causa extiterat. nimborum copia terre sitim compescit Vnde geminata letitia populus exultauit in domino. Tu autem domine miserere nobisз

R. O decus ecclesie matri pater auxiliare quo gaudent hodie sydera terra mare nata patrem natum mater sua sponsa maritum Gaudet honoratum iam super astra situm alleluia. V. Quo sibi florē dato re diuiua vires prius arens patre viro nato filia spōso parens. Gaudet honoratum iā super astra situm alleluia. Gloria patri et. R. O decus ecclesie matri pater auxiliare quo gaudet hodie sydera terra mare. ps. Te deum laudamus. V. Ora pro nobis sancte honorate Ut digni efficiamur pro.

Sequitur de laudibus

¶ In laudibus añ. Laudibus immen/
sis resonans plebs ambianensis patris in
hoc festo solito festiuior esto alleluia. ps.
Dñs regnauit. añ. Dic cecis surdis mu
tis omniqz solutis morborum genere tri/
buit velut ante vigere alleluia. ps. Iu
bilate. añ. Corpora sanctorum que clausa
diu latuerunt in latebris nemorum sancti
meritis patuerunt alleluia. ps. Deus de
us meus. añ. Exusti pueri per aquam
cutis arida facta sana per hunc fieri me/
ruit post vota peracta alleluia. ps. Bñ
dicite. añ. Femina que voluit contende/
re votaqz fregit optatis caruit donec pri
us acta peregit alleluia. ps. Laud. Ca/
pitulum. Ecce sacerdos. Hymnus
Ihesu redemptor. ℣. Iustum dedu/
xit. añ. tota ante. O nouitatis opus de/
functi corpus honorans crux caput incli/
nat sanctum reuerenter adorat manife/
sta patet nec sacri fama laborat non opus
est verbis vbi res sine voce perorat alle/
luia. ps. Bñd. Oratio. ¶ Adesto dñe.
Nulla fit memoria nisi sint octa. ascensio
nis. ¶ Ad horas sañ. Laud. in ordine
Capitu. et ℟. de vno confessore. Oratio
Adesto dñe.

Regula Si hoc festum a sua die moueа/
tur octaue dimittuntur. ¶ Item si domi
nica eueniat de festo fit et semper memo/
ria de dominica Expositio dominicalis
in crastino legetur ¶ Item si dñica ante
ascensionis eueniat de festo fiet vt supra .
Expositio dominicalis feria tercia legetur
¶ Item si feria secunda ante ascensionis
eueniat de festo fiet et memoria de ieiunio
Et tunc legetur expositio de ieiunio feria
tercia sequente et fiet memoria iterum de
ieiunio. ¶ Item si feria tercia ante ascē
sionis eueniat de festo fiet sine memoria.
¶ Item si in vigilia ascensionis eueniat
de festo fiet. ita ꝙ expositio de vigilia le/
getur ad matutinas de qua fiat memoria.
Clarifica me. Et in primis vesperis ascen
sionis fiet memoria de sancto honorato.
¶ Item si die ascensionis eueniat de fe/
sto fient omnia in dominica sequente et
memoria de octaua et de dominica. Ex
positio dominicalis legetur in crastino
eiusdem dominice. ¶ Item si in crastino
ascensionis eueniat de festo fiet. ita ꝙ post
vltimos vesperos ascensionis integre di
ctos incipietur ℟. O decus. ⁊c. semper
fit memoria de octaua ascensionis.
Item si dominica infra octa. ascensionis
eueniat de festo fiet et memoria de octa/
ua et de dominica Expō. legetur in crasti
no. ¶ Item si die octaua eueniat de fe/
sto fiet Et de octaua fiunt septaue quan/
tum ad horas et officium. tamen in die
sancti honorati fiet memoria de octaua in
vtrisqz vesperis matutinis et in missa.
¶ Item si in vigilia penthecosten eue/
niat feria sexta precedente fiet de festo ꝗ
in hac vigilia fiet de ascensione ferialiter
Et tunc dimittuntur octaue sancti hono/
rati. ¶ Item si in die pēthecostes. feria
scdā tercia aut q̄rta eueniat feria sexta p̄
cedente reformabitur officium. et sollem
zatur suo die nec fiunt octaue de sancto.
¶ Item si feria quinta sexta aut sabba
to eueniat de festo fiet in crastino trini/
tatis Ita ꝙ post vltimos vesperos trini/
tatis incipitur responsorium. O decus ec
clesie matri pater auxiliare quo gaudent
hodie sydera terra mare nata patrem na
tum mater sua sponsa maritum Gaudet
honoratum iam super astra situm alleluia
℣. Quo sibi flore dato rediuiua vires pri
us arens patre viro nato filia sponsa pa
rens. Gaudet. Hymnus Iste cōfessor.
℣. Amauit. añ. Lux cele. ⁊c. In vltī. ps.
añ. Femina. ps. de die. Ca. Ecce sacerdos
℟. Iam superis. Hymnus Iste cōfes/
sor. ℣. Amauit eum. añ. tota ante.

Glorietur in hac die mater somonobria sonent vocū melodie cordis ex letitia allā consonet ecclesia honoratus en transijt et cum xp̄o semper viuit alleluia. cōsonet ecclesia ambianis iocundetur psallat chorus plebs letetur alleluia cōsonet ecclesia pater pie peccatorum miserere et tuorū esto memor memorum allā cōsonat ecclesia alleluia allā. p̄s. Magnificat. Oratio. Adesto dñe. Sequitur de asceñ. memo. si sit Ad comple' sicut decet.

De sancto honorato fiunt octaue vel septaue si extra octa. asceñ. vel penthecosten eueniat. Ad matuti. Inuitatorium Patris honorati. p̄s. Venite. Hymnus Iste confessor. añ. Presul honoratus sola super p̄s vnius confessoris. v. Voce mea. Tres lectiones fiūt de tēpore. Tria prima ℟. de festo. p̄s. Te deum. v. Ora pro nobis sancte. In laudibus. añ. Laudibus immensis. sola. Capi. Ecce secerdos. Hymnus. Ihesu redemptor v. Justū deduxit. Super Benedi. dicūt añ. noctur. Oratio Adesto dñe. Ad horas añ. laud ⁊c. vt supra. Ad vespe. añ. Femina. Capitulum. Ecce secerdos. Hymnus. Iste confessor. v. Amauit eum. Super Magnificat añ. noctur. dicuntur in ordine. Oratio Adesto dñe. Ad comple. fit sicut decet. Sabbō infra octa. ad vespe. añ. Femina. sola super p̄s diei. Capi. Ecce sacerdos. Hymnus Iste confessor. v. Amauit. añ. Sancte honorate confessor demini preciose adesto nostris precibus pius et propicius. p̄s. Magnificat. Oratio. Adesto. Sequitur memo. de resur. si sit añ. asceñ. Ad cōple. sicut decet. Ad matn. Inuita. Pris. honorati. p̄s. Venite. Hymnus. Iste confessor. añ. Presul honoratus cum aliis et p̄s. sicut in die. p̄s. Voce mea. cū aliis.

¶ Lectio prima.

Eodē die noui huius fame solemnis duos carceri mancipatos quod factum esset instruxit. Illi autem beatum honoratum inclamāt per ipsum a duō misericordiam postulantes. soluta sunt vincula. rupta sūt claustra.

℟. Lux celebris cū aliis. Lectio secūda

Illi autem fugere parati. ab ancilla domus preuenti sunt. que firmans hostium et ad ecclesiam festinans factum suum domino nūciauit. qui domum reuersus solutos non tantū vinculis astrixit. sꝫ tra motꝰ flagris afflixit. quos iterū solutos vinculis fortioribus alligauit. Tu autem. ¶ Lectio tercia

O tyranne vecors et peruicax qd plus gentilis perfidia perpetrasset. en manifestum dei miraculum frustra impedire conaris. Istos vinculis alligas te peccatis. solutos autem iam tercio. quarto ligauerat cerebrosus. quo patefacto ecclesie compulsus est non tantū vt vinctos dimitteret sed vt ecclesie satisfaceret pro delicto. Lectio quarta

Eodem tempore mulier surda et muta. a parentibus ad ambianensium vrbem delata beati honorati meritis a dño qđ flagitabat accepit. decreuit autem pater exultans vt filia sua sancti honorati fieret ancilla prelatorum illius ecclesie iugo submissa.

¶ Lectio quinta.

Mulier superba iugum seruitutis indignans. et reuersa ad propria. gemme donum gratie quod per beatum honoratum adepta fuerat quātocitius amisit. Sed semper peccatoribus propiciari prōptus est dominus. nam mulier prefata ad dei clementiam reuersa iugo vnde se prius superba excusserat humiliter se subiecit. et amissos sensus

recuperans q diu vixit obtinuit.

¶ Lectio sexta.

In territorio ambianensi sacerdos crura contractus missarum solennia se nõ posse exequi tristabatur. sed crebris sancti honorati cõpulsus est miraculis. vt illuc se trãsferre disponeret. per alueũ igitur amnis in nauicula ad vrbem vsq3 delat9 per beatũ honoratũ adept9 est sanitatem. basasq3 ꝯsolidatas terre affigens. repedauit letus ad propria. Tres vltime fiunt de expositione. ps. Te deum. V. Ora pro nobis. ¶ In laudibus añ. Laudibus immensis sola. Capi. Ecce sacerdos. Hymnus. Ihesu redemptor V. Iustum deduxit. añ. Iste confessor xpi honoratus pontifex dum fungens ante altare sacrificium consecraret celis apertis palmam dñi asperit allã. ps. Bñd. Oratio Adesto dñe. Sequitur memo. de dominica ¶ Ad horas añ. laud. in ordine Capi. et R. vnius cõfessoris. ¶ Ad vlti. vesp. añ. Femina. Capi. Ecce sacerdos. Hymnus Iste confessor. V. Amauit. añ. Confessor domini honorate adstantem plebem corrobora sancta intercessione vt qui viciorum pondere premimur beatitudinis tue gloria subleuemur et te duce eterna pmia consequamur alleluia. ps. Magnificat. Oratio Adesto dñe. memoria de dominica 7c. vt supra. ¶

In octaua sancti honorati. fiunt tres lectiones. cum Te deum. Ad vespe. añ. Quẽ genuit sola super ps. diei. Capi. Ecce sacerdos Hymnus Iste cõfessor. V. Amauit. añ. Lux celebris. ps. Magnificat. Oratio Adesto dñe. Ad completorium vt supra. Inuitatorium Patris honorati. ps. Venite. Hymnus Iste cõfessor. añ. Presul honoratus. sola super nouem ps. vnius confessoris. V. Voce mea.

¶ Lectio prima.

Hec pretereundum censemus illud insigne miraculum cui simile nunquam apud nos est auditum. Nam dum ab ecclesia vicina in honore apostolorum petri et pauli fundata in sedem propriam quodam die solemni referretur prefate ecclesie ymago ihesum crucifixum exprimens se toto corpore inclinauit in partem qua corpus sanctissimum ferebatur hoc autem multorum tam cleri q populi attestatus est aspectus. qui vna vocibus eleuatis gratias ad dominum contulerunt.

R. Ecce dies. cũ aliis duo bs. ¶ Lectio secunda.

Ad tantum ergo intercessoris dirigatur nostra deuotio cuius sanctitatis extitit tanta probatio. cuius honor non solum ab homine vel angelo predicatur. sed ab insensibili comprobatur hic cõpatiẽs omnibus et carnem affligens crucem cum domino sustulit. vt eius ver9 esset discipulus qd crucifixi species approbauit. pontificalis honorem cathedre sic moderatus est honoratus in terris vt rem sui nominis consequeretur in celis.

¶ Lectio tercia.

O Mirum tali dignus officio cuius mentem nec prosperã fecere sublimen. nec aduersa depressam Non eñ ipsum dignitas sed sanctitas non honor sed virtus honoratum fecerunt. beatus sui temporis censemus ouiculas que tantũ gauise sunt habere pastorem Beatam dicimus ambianensem ecclesiam que tanti viri conseruat reliquias sibi domino prestante cõmissas. cui est honor et gloria in secula seculorum. ps. Te deum. Ora pro nobis. ¶ In laudibus añ. Laudibus immensis. sola oĩa cetera vt in die. Ad horas vt supra.

¶ Regula Si iste octa. dominica eue/niant de ipsis fit vt dictum est dominica infra octa. ¶ Item si dñica ante asceñ. eueniat de ipsis fiunt septaue quantum ad horas et octa. quãtum ad memo. ¶ Itez si feria secunda ante asceñ. eueniant de ipsis fiunt hore et legitur ad matuti. expõ de ieiunio de quo fit memo. ¶ Item si feria tercia ante asceñ. eueniãt de ipsis fit absqz memo. ¶ Itez si vigilia asceñ. eueniant de ipsis fient hore et legetur expõ de vigilia de qua fit memo. Et in primis vesperis asceñ. fiet de ipsis memo. tantũ modo. ¶ Item si die asceñ. eueniant de ipsis fiunt septaue quãtũ ad horas et octaue quãtum ad memo. et legetur expõ vigilie et fiet memo. de his in vtrisqz ℣s. matuti. et in missa. Et si infra octa. asceñ. eueniant de ipsis fit solũmodo memo. Et si feria sexta vel sabbato ante penthe. eueniant de ipsis fient hore nisi aliquid impediat. Et dicitur ad primam ℟. Criste fili dei viui qui ascendisti. tamen in vigilia pẽthecosten fient hore de octa. nec fiet memoria in primis vesperis penthecostes.

¶ In vltimis vesperis añ. Semina que voluit. ps̃. de die. Capitulum. Ecce sacerdos. Hymnus Iste confessor. ℣. Amauit eum. añ. Glorietur. ps̃. Magnificat. Oratio Adesto domine. Ad completorium sicut decet.

¶ Urbani pape et martyris sicut de sancto vitale martyre superius habetur. Et si dubium sit ipsius officium debet discerni sicut in sanctorum Gordiani et aliorum regulis continetur.

¶ Regula Si sabbato vel dominica aut infra octaua. ascensionis penthecosten trinitatis vel sacramenti eueniat fit tantũ modo ad missam memoria propter propriam orationem. Et si diebus asceñ. penthecosten trinitatis aut secramenti eueniat nulla fit memoria.

¶ Oratio.

Da quesumus omnipotens deus vt qui beati vrbani martyris tui atqz põtificis solemnia colimus eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per xp̃m.

¶ In festo sanctorum marcellini et petri martyrum fiunt tres lectiones cum Te deum. Ad vespe. añ. Petrus exorcista. ps̃. de laudi. sola super ps̃. diei. Capitulum Sancti et iusti. Hymnus Sanctorum meritis. ℣. Letamini. añ. Cum audieritis. quere in communi. ps̃. Magnificat.

¶ Oratio.

Deus qui nos annua beatorũ marcellini et petri martyrum tuorum sollemnitate letificas presta quesumus vt quorum gaudemus meritis prouocemur exemplis. Per dñm nostrum.

¶ Nulla fit memoria si dominica vel infra octa. contingat. ¶ Ad completo sicut decet. Inuitatorium Alleluia Regem martyrum. ps̃. Venite. Hymnus. Eterna xp̃i. añ. Mouit dominus. cum aliis. et ps̃. de communi plurimorum martyrum. ℣. Scuto bone voluntatis.

Marcellinus presbiter et petrus exorcista passi sunt sub diocleciano imperatore et iudice sereno. qui beatus petrus dum teneretur in obscurissimo carcere vinculis ferreis astrictus. custos carceris nomine arthemius habebat vnicam filiam que quottidie a demonio vexata eius p̃cibus sanata est. Isdez arthemius videns hoc credidit domino cuz vxore sua et filia predicta nomine paulina q a beato mercellino presbtero cum multis aliis baptizati sunt ita vt absqz mulieribus virorum fieret trecentorum numerus. ℟. Preciosa in conspectu.

Lectio secunda.

Audiens hec iudex serenus ius
sit marcellinuz pugnis cedi. at
vbi defecerunt cedentes ab eo
petrum superatum iussit vt nuduz su
per vitri fragmina sternerent. in cu/
stodia et victus ei et lumen negaret
deniqz iussit eum in vinculis recipi.
et pedes eius in cypo artissimo con/
stringi. Factum est dum separati essēt
apparuit angelus domini marcellino
presbitero oranti nudo. et induit eum
vestimentis suis. et addu xit eum vbi
petrus erat in cyppo et ferro. sed et
ipsuz soluit et ambos perduxit ad do
mum vbi nuper baptizati orabant.
℟. Lux perpetua. Lectio tercia.

Post multum vero temporis
arthemi⁹ iussu iudicis in via
aureliana capitalem subijt sē
tentiam. Uxor eius candida cum fi
lia sua ab alto precipitate lapidibus
obrute sunt. Cūqz vicarius omnia q̄
gesta fuerant cognouisset. iussit mar/
cellinum presbiterum et petruz exor
cistam duci in siluam nigram que in
honore sanctorum hodie silua candi/
da appellatur et in eadem ambos pa
riter fecit decollari. Cumqz autem
ventum fuisset in medio silue. ipi sibi
manibus suis mundauerunt locum a
spinis in quo orantes simul et dantes
sibi pacis oscula. genu posito decolla/
ti sunt. Is autem qui decollauit eos
testificabat se vidisse aias eoꝝ exeūtes
de corpore quasi virgines ornatas gē
mis et auro et splendidissimis vestib3
indutas. atq3 angeloꝝ manibus sub
leuatas ad celos per auras ferri gau
dentes.
℟. Filie hierusalem. ps. Te deum. ℣.
Exultabunt sancti. In laudibus añ.
Petrus exorcista dixit ad arthemium tu
crede in deum viuum dñm ihesum christū
alleluia. ps. Dñs regna. añ. Arthemi
si credideris in vnigenitum filium dei vi
ui saluabitur filia tua alleluia. ps. Jubila
te. añ. Candida dixit ad arthemium si fa
ctum fuerit quod mihi asseris quis dub
tet verum deum esse christum alleluia.
Deus deus meus. añ. Adest homo dei
petrus exorcista tenēs triūphū sancte cru
cis in manu sua alleluia. ps. Bñd. añ.
Exclamauit arthemius verus deus viuus
est per quem demonia eiciuntur alleluia
ps. Lauda. d. Capi. Sācti et iusti. Hym
nus Rex gloriose.. ℣. Justorum anime
añ. Apparuit angelus dñi marcellino p̄s
bitero oranti nudo et induit eum vestimē
tis suis et dixit ei sequere me vbi petr⁹
erat exorcista alleluia. ps. Bñd. Oratio
Deus qui nos. Ad horas añ. laud. in
ordine Capi. et ℟. de cōmu. marty. Oro
vt supra. Regula Si hoc festum in vi
gilia asceñ. eueniat officium feria tercia
precedente reformabitur In vtrisqz vesp.
quia aute ascen. euenit super ps ad vs di
cuntur Alleluia feriales. Et si inter asceñ
et penthecosten eueniat. Ad vespe. ps. di
citur sup ps. añ sola. Petrus exorcista. Et
in vltimis vesperis dicūtur añ. Alleluia fe
riales. Item si die ascen. eueniat in cra/
stino reformabitur et in vltimis vs asceñ.
fiet memo. añ. Cum audieritis rc. et se
per fiet memo de asceñ. Item si sabbato
post asceñ. eueniat ipso sabbō fiūt de octa
ua. vespe. et memoria de festo propter ho
ras. deinde de dominica. Item si domi/
nica post asceñ. eueniat de festo fiunt nouē
lectiones. sex prime de propria legenda et
tres vltime de expositione dñicali. Ad
primos vs super ps. añ. Petrus rc. me/
mo. fiet de asceñ. deinde de dominica et
sic in matu. et in vltimis vespe. Ad matu
tinas. Inuita. Alleluia Regem. Hymn⁹
Eterna. añ. Nouit dñs. cum aliis tribus
noctur. Sex prima ℟. de cōmuni. Ab
sterget. Et tria vltima. Preciosa. cum aliis
rc. Item si die octauarum asceñ. eueniat

in crastino fiet officiũ ipsius in quo nulla fiet memo. In vltimis vero vesperis octa. ascẽ. fiet solũmodo memo. de festo ¶ Item si sabbõ penthecosten eueniat aut ipsa die vel feria secunda Tercia siue quarta officium ipsius reformabitur. Si vero feria quinta sexta aut sabbõ aut die trinitatis eueniat in crastino trinitatis reformabitur de octa. fiet ipsa die tantũmõ memo. In vltimis vs. añ. Exclamauit sola super ps. diei. Capi. Sancti et iusti. Hymnus. Sanctorum meritis. ℣ Letamini. añ. Anime sanctorum martyrũ marcellini et petri de corporibus suis exeũtes vise sunt quasi virgines auro et gẽmis ornate splendidis vestibus indute ad celos per auras ferri gaudentes alleluia. ps. Magnificat. Oratio Deus qui nos vt supra. ¶ Ad comple. sicut decet.

¶ In festo sancti medardi episcopi et cõfessoris fiunt tres lectiones et Te deum. Ad vespe. añ. Inter xpicolas. sola super ps. diei. Capi. Ecce sacerdos. Hy. Iste cõfessor. ℣. Amauit eum. añ. Sollemnitati beati medardi debita veneratione percolere depositionis eius commemoratio principalis inuitat crescat ergo in vniuersorum pectoribus pro fidei ardore deuotio dñ sancti confessoris dei panditur magnitudo. ps. Magnificat Oratio Da qs. de cõmuni Nulla fit memoria nisi infra octa. aut dominica. Ad completo. sicut decet. Inuitato. Alleluia Regem confessorum. Hymnus Iste confessor. Sequũtur nouem añ. in vno noctur. añ. Beatus vir. cum aliis. et ps. vnius confessoris. ℣. Uoce mea. L. pria

Dum fulgeret exemplis beat⁹ medardus famaq3 per diuersa orbis lhacia gratia crescẽte precelleret defũcto vrbis viro mãdensis episcopo eius in loco consecratus est episcopus. sustinuit iugiter diabolo preliante calumnias. sed peruenit victor meritia ad coronaz. hoc tantum de eius vita dixisse sufficiat. Nunc ad transitum eius stilum vertamus.

℟. Euge serue. ¶ Lectio secunda.

Tempore quo precellentissim⁹ clotarius francorum rex reuersus est a britannia gloriosus confessor medardus euocante se dñi gratia apud castellum nomomagum caput iam lectulo deposuerat. Ad quem visendum cũ introisset rex optimatum sibi obsequẽtium fulcit⁹ caterua vltimum sibi valefaciens benedictionem deuotissime poposcit et accepit.

℟. Ecce sacerdos. ¶ Lectio tercia.

Dum in hac regia visitatione de loco sepulture eius sermo haberetur sacerdos beatissimus suo sese decensuit cespite cõmendandum. econtra rex suessionis deferendum eum ibiq3 tumulãdum dispo suit asserens se super eum basilicã cõstructurum cenobiũq3 edificaturum Cessit igitur dilectus dei regie voluntati plenus virtutibus preclarus gloria migrauit ad dominum.

℟. Iurauit dñs. ps. Te deum. ℣. Amauit eum. ¶ In laudibus añ. Inter christiculos quos actio vixit in astris pars tibi pro meritis magna medarde patet alleluia. ps. Dñs regnauit. añ. Quidam cecus mediis tenebris fulsit aperta dies. ps. Iubilate. añ. Alius quidem veniẽs dũ veherentur menbra sancta feretro sub tractum meruit cecus videre lumen. ps. Deus deus meus. añ. Compedibus validis alter manicisq3 ligatus mox tetigit peplum ferrea vincula cadunt. ps Bñd añ. E celo calidam aquam produxit nubilum in eius transitu magnum fit miraculum. ps. Laud. Ca. Ecce sacerdos. Hymnus Ihesu redemptor seculi.

℣. Justum deduxit. añ. Cunqȝ sancta mē-
bra beati medardi tumulo condirentur ce-
lum apertum est et due columbe vise sunt
descendisse super euȝ et de ore eius egres-
sa est columba candida sicut nix. ps̄. Be-
ned̄. Oratio Da quesumus. de cōmu-
ni vt supra. ¶ Ad horas añ. laud. in ordi-
ne Capitu et ℟. vnius confessoris. Oratio
vt supra. ¶ Regula Si hoc festum die
octauarum ascen. eueniat feria quarta p̄-
cedente reformabitur officium ipsius
¶ Item si sabbato penthecosten vel ip-
sa die feria secūda vel feria tercia sequē-
te eueniat ipsius officium feria sexta pre-
ceden̄. reformabitur. ¶ Item si feria
quarta penthen̄. et aliis sequen̄. eueniat
post trinitatem reformabitur feria quar-
ta et fiet solūmodo memo. de sanctis va-
lerio et rufino in primis vesperis sancti
medardi. ¶ Item si feria quinta pēthe
costen̄ eueniat feria tercia post trinitatis
reformabitur non feria secunda quia festū
sancti barnabe die trinitatis eueniens ip-
sa feria secunda reformabitur in qua fiūt
vlti. vespe. de apostolo et memoria de sā
cto medardo. Ipsa vero feria tercia fiet
vespe. de sancto medardo et memoria de
sanctis valerio et ruffino. ¶ Item si fe-
ria sexta penthe. eueniat feria tercia post
trinita. reformabitur. ¶ Item si sabba-
to vel die trinitatis eueniat ipsius officiū
fiet in crastino trinitatis. ¶ In vltimis
vespe. añ. E celo. ℣. de laudi. super ps̄ di-
ei. Capi. Ecce sacerdos. Hy⁹ Iste
confessor. Amauit. añ Beatus medardus
sacerdos extitit preciosus martyrium con
fessor impleuit peruenit victor meritis ad
coronam. ps̄. Magnificat
¶ In festo sancti barnabe apostoli fiūt
tres lectiones et Te deum. Ad vespe. añ
Nos amici. sola super ps̄ diei. Cap. Per
manus. Hymnus Exultet. ℣. In om
nem terram. añ. Tradent eñ. ps̄. Ma
gnificat. Oratio Quesumus ops de-
us. de communi. ¶ Ad comple. sicut de-
cet. Inuitatorium Alleluia Regem apo
stolorum. ps̄ Venite Hymnus Eterna
xp̄i. añ In omnem terram. sola super no
uem ps̄. vnius apostoli. ℣. Dedisti here
ditatem. ¶ Lectio prima.

Redemptor et saluator noster
dominus ihesus christus an-
teq̄ȝ de interitu sathane trium
phos victor et exultans penetraret
regna polo᷑m sanctam ecclesiā quā
precioso sanguine suo adquisiuit per
beatos apostolos viros immobiliter
fundauit. mirabiliter corroborans so
lidauit. Ergo eum sanctorum natali-
cia celebramus dignum equidem at-
qȝ salsitare videtur. vt beati barna-
be natalicia deuotissime celebramus
quoniam quidem et si non est in or-
dine apostolatus eorum non tamē de
est de cathalogo predicationis quia
excellentiam miraculūo᷑ sicut lucas
euamgelista refert in actibus aposto
lorum mirabiliter patrauit.
℟. Ecce ego mitto. ¶ Lectio secunda.

Nam tercio post passionem do
mini anno cum paulo aposto
lo ad apostolatus celsitudineȝ
diuinitus electus est. vocāte illos eo
dem spiritu sancto atqȝ dicente. Se-
gregate mihi barnabam et saulūȝ in
opus quod assumpsi eos. Sed quali
ter vir iste domini barnabas deuotis
sime predicando obprobria plurima
pro xp̄o sustinuerit dicere studeamus
Quodam tempore cum venisset in
templo in quo ethnici viri et femine
ludendo nudi currebant indignatus
super tale facinus maledixit templuȝ
statim pars templi funditus corruit
multiqȝ ex illis sub ruina mortui sūt
Ceteri autem qui euaserunt fugerūt
in templum appollinis.
℟. Tollite iugum meum.

¶ Lectio tercia

Introeunte autem eo in salaminam inuenit sinagogam iudeorum quam exhortari cepit per euangelium sancti mathei christi gratiã introducere. at quidã pharisei et plurimorum iudeorum hoc cõperientes seditione facta contra apostolum fecerunt eum comprehendi et querebant tradere consuli eiusdem salamine ciuitatis affligentes eum multis supplicijs et varijs cruciatibus. post hec autem ligantes funem in collo eius nocturno tempore dilaceratũ a synagoga in ypodromum pertraxerunt. et deinde foris portam circundantes illum igne crudeliter cremauerunt Sicque beatus apostolus post multos agones et diuturna certamina pro christi amore adustus migrauit ad gaudia sempiterna.

℟. Dum steteritis. ps. Te deum. ℣. Nimis honorati sunt. ¶ In laudibus añ. Hoc est preceptum. Capitulum Per manus. Hymnus Exultet celum. ℣. Constitues eos. añ. Estote fortes. ps Benedictus. Oratio vt supra. ¶ Ad horas añ. laud. ℣. super nonam Capi. et ℟. vnius apostoli. ¶ Regula Si hoc festum feria sexta ante penthecostes eueniat vel reformetur ad vesperos vltimos octauarũ ascensionis de apostolo fit tantummodo memoria. ¶ Item si sabbato vel die pẽthecostes eueniat ipsius officium reformabitur feria sexta precedente. ¶ Item si feria secũda tercia quarta quinta aut sabbato penthe. vel die trinitatis eueniat ipsius officium in crastino trinitatis reformabitur. ¶ Item si feria sexta penthecostes eueniat feria tercia post trinitatis reformabitur non feria secunda. quia in ipsa eueniet festum valerii et ruffini de quibus ipsa feria fient hore Ita quod in ipsa fient primi vesperi de apostolo. Deinde memo. de sanctis predictis et de octaua trinitatis. ¶ In vltimis vesperis añ. Iurauit dominus. cum alijs. Capitu. Per manus. Hymn⁹ Exultet celum ℣. In omnem terram. añ. Vos estis. ps. Magnificat. Oratio vt supra.

¶ In vigilia ascensionis domini ad matutinas Inuitatorium. Alleluia alleluia alleluia. ps. Venite exultemus. Hymn⁹ Te lucis autor. añ. Alleluia alleluia alleluia super nocturnum dici. ℣. Resurrexit dominus.

¶ Secũdum Johannem

In illo tempore. Subleuatis oculis ihesus in celum dixit. Pater venit hora clarifica filium tuum vt filius tuus clarificet te. Et reliqua.

Omelia beati aug⁹. de eadem lectione.

Glorificatum a patre filium secundum formam serui quem pater suscitauit a mortuis et ad suam dexteram collocauit. res ipsã indicat et nullus ambigit christian⁹ Tu autem domine.

Tria ℟. vltima de hystoria Si oblitus. vel alia dicuntur nisi aliquid impediat.

¶ Lectio secunda.

Venerūt ergo nūcij in gabaa saulis et locuti sunt ei verba audiente pp̄lo. et leuauit omnis populus vocem suā et fleuit Et ecce saul veniebat sequens boues de agro et ait. Quid habet populus q₂ plorat Et narrauerūt ei verba virorū iabes. Et insiluit sp̄us dn̄i in saul cum audisset verba hec et iratus est furor eius nimis. et assumens vtrū q₃ bouē cōcidit in frustra misitq₃ in omnes terminos israel per manus nūciorū dicens. quicūq₃ nō exierit secutusq₃ fuerit saul et samuelem sic fiet bos eius. inuasit ergo timor dn̄i populum et egressi sunt quasi vir vnus et recensuit eos in bezeth. fuerūtq₃ filiorum israhel tricenta milia. virorū aūt iuda triginta milia Et dixerunt nūcijs qui venerāt Sic dicetis viris qui sūt in iabes galaad Cras erit vobis salus cum incaluerit sol Venerūt ergo nūcij et nūciauerūt viris iabes. Qui letati sunt et dixerūt. mane exibimus ad vos et facietis nobis omē qđ placuerit vobis Factum est autē cum venisset dies crastinus cōstituit saul populū in tres ptes. et ingressus est media castra in vigilia matutina. Et pcussit āmon vsq₃ dum incalesceret dies. reliqui aūt dispsi sunt ita vt non relinquerētur in eis duo pariter Et ait populus ad samuelem Quis est iste qui dixit saul nō regnabit super nos Date viros et interficiemus eos

Et ait saul Non occidetur quiꝗ̃ in
hac die quia hodie fecit dñs salutem
in israel. dixit aũt samuel ad populũ
Venite eamus in galgala et innoue-
mus ibi regem saul coraȝ dño in gal
gala. Et imolauerũt ibi victmas pa-
cificas coram dño. et letatus est saul
et cuncti viri israhel nimis. dixit aũt
samuel ad vniuersum israel Ecce au
diui vocem vestraȝ iuxta omnia que
locuti estis ad me ⁊ cõstitui sup̱ vos
regem et nũc rex graditur ante vos.
viginti vnius anni erat saul cum re-
gnare cepisset. et duob[9] aunis regna
uit sup̱ israel. ⁊ elegit ibi saul tria mi
lia de israel Et erant cum saule duo
milia in machinas et in mõte bethel
mille autẽ cum ionatha in gaba ben
iamin. porro ceterũ populum remisit
vnũquẽqȝ in tabernacl'a sua. Per ebõ

Percussit autem ionathas sta-
tioneȝ philistinoꝝ que erat in
gabaa. Qd̃ cũ audissent phi
listim saul cecinit buccinam in omni
terra dicens Audiant hebrei. Et vni
uersus israel audiuit huiuscemodi fa
mam. ꝑcussit saul statiõem philistino
rum et erexit se israel aduersus phi-
listim. Clamauit ergo populus post
saul in galgala. et philistim cõgrega
gati sunt ad ꝓliandum cõtra israhel
triginta milia curruuȝ et sex milia e-
quitum et reliquũ vulgus sicut are-
na que est in littore maris plurima ⁊
ascẽdentes castrametati sũt in machi
nas ad oriẽteȝ bethanẽ. Qd̃ cum au
dissent viri israhel se in arto positos
afflictus enim erat populus. abscon-
derunt se in speluncis ⁊ in abditis in
petris quoqȝ ⁊ in antris et in cister-
nis. hebrei auteȝ transierũt iordaneȝ
terram gad ⁊ galaad Cũ adhuc esset
saul in galgala vniuersus populus ꝑ
territus est qui sequebatur eum ⁊ ex

pectauit eum septem dieb[9] iuxta pla
citum samuelis et non venit samuel
in galgala. dilapsus est popul[9] ab eo
Ait ergo saul. afferte mihi holocau-
stum ⁊ pacifica Et obtulit holocau
stum. Cum aũt complesset saul holo
caustum ecce samuel veniebat. et e-
gressus est saul obuiam ei vt saluta-
ret eum. locutusqȝ est ad eum samuel
Quid fecisti Rñdit saul Quia vidi
ꝙ dilaberetur populus a me ⁊ tu nõ
venires placitos dies. Porro phili-
stim congregati fuerãt in machinas
dixi nunc descẽdent philistim ad me
in galgala et faciem dñi non placaui
necessitate cõpulsus obtuli holocau-
stuȝ Dixit aũt samuel ad saul Stul
te egisti nec custodisti mandata dei q̃
precepit tibi. Qd̃ si non egisses iam
nunc ꝑparasset dñs regnũ tuũ in sem
piternum super israel sed nequaꝗ̃ re
gnum tuũ vltra consurget Quesiuit
dñs sibi virum iuxta cor suum et pre
cepit ei dñs vt esset dux sup̱ populuȝ
suum eo qd̃ nõ seruaueris que prece
pit dñs Surrexit autem samuel et a
scẽdit de galgala in gabaa beniamin
Et recensuit saul populnm qui inuẽ
ti fuerant cum eo quasi sexcentos vi
ros Et saul ⁊ ionathas filius eius.
populus qui inuentus fuerat cũ eis
erat in gabaa beniamin. Porro phi
listim conscenderant in machinas et
egressi sunt ad predandum de castris
philistim tres cunei. vnus cuneus ꝑ
gebat cõtra viam effraim ad terram
saul. porro alius ingrediebatur ꝑ vi-
am bethoron. tercius aũt verterat se
ad iter termini imminentis vallis se
boim cõtra desertum. porro faber fer
rarius nõ inueniebatur in omni ter-
ra israhel. cauerãt philistim ne forte
facerẽt hebrei gladium aut lanceam
Descendebat ergo omnis israhel ad

philistim vt exacueret vnusquisqȝ vomerem suū ⁊ ligonem ⁊ securim ⁊ sarculum Retunse itaqȝ erant acies vomerū ⁊ ligonū ⁊ tridētium ⁊ securium vsqȝ ad stimulum corrigēdum Cūqȝ venisset dies prelij nō est inuē tus ensis ⁊ lancea in manu totius populi qui erat cum saule ⁊ ionatha filio eius. ¶ Dominica octaua

Egressa est autem statio philistim vt transcēderent in machinas et accidit quadam die vt diceret ionathas filius saul ad adolescētem armigerum suū. veni trāseamus ad stationem philistim que ē trans locum illuȝ. patri aūt suo hoc ipm non indicauit. porro saul morabatur in extrema pte agri gabaa et erat populus cū eo quasi sexcētorūȝ viroꝝ. et achias filius achitob fratris hicabod filij phinees qui mortuus fuerat ex heli sacerdote dñi in silo portabat ephod. sed ⁊ populus ignorabat ꝙ isset ionathas. Erant auteȝ inter ascēsus p quos nitebaꝰ ascendere ionathas ad statione philistinoꝝ. eminētes petre ex vtraqȝ pte et quasi in modum dentiū scopuli hinc inde prerupti. nomen vni boses ⁊ nomen alteri sene. vnus scopulus ꝓminens ad aquilonem ex aduerso machinas et alter ad meridiem cōtra gabaa. dixit aūt ionathas ad adolescētem armigerū suū Veni transeamus ad stationem incircūcisoꝝ horū si forte faciat dñs ꝓ nobis qꝛ non est difficile dño saluare vel in multitudine vel in paucis. dixit ei armiger suus. fac oīa que placent aīo tuo. perge quo cupis ero tecū quocūqȝ volueris Et ait ionathas Ecce nos transim⁹ ad viros istos Cūqȝ apparuerimus eis si taliter locuti fuerint ad nos. manete donec veniam⁹ ad vos. stemus in loco nr̄o nec ascēdam⁹ ad eos. Si aūt dixerint ascēdite ad nos. ascēdam⁹ quia tradidit eos dñs in manib⁹ nr̄is. hoc erit nobis signū Apparuit vterqȝ stationi philistinoꝝ. dixerūtqȝ philistim En hebrei egrediūtur de cauernis in quib⁹ abscōditi fuerāt ⁊ locuti sunt viri de statiōe ad ionathā ⁊ ad armigerū eius. dixerūtqȝ. ascēdite ad nos et ostēdemus vobis rem Et ait ionathas ad armigerū suū. ascēdamus. sequere me. tradidit em̄ eos deus in manus israel ¶ Per ebdomadam

Ascendit aūt ionathas reptās manib⁹ ⁊ pedibus ⁊ armiger eius post eū Itaqȝ alij cadebant añ ionathā alios armiger eius inficiebat sequēs eū Et facta ē plaga pma qua pcussit ionathas ⁊ armiger ei⁹ quasi viginti viroꝝ in media pte iugeri quā par boū i die arare cō sueuit . ⁊ fcm̄ ē miraculū in castris p agros. sȝ ⁊ oīs ppl's statiōis eoꝝ qui erāt ad pdādūȝ obstupuit ⁊ ꝯturbata sunt castra. ⁊ accidit quasi miraculū a deo Et respexerūt speculatores saul qui erant in gabaa beniamin. ⁊ ecce multitudo ꝓstrata ⁊ huc illucqȝ diffugiēs. Saul itaqȝ cōfirmato regno sup isrl' pugnabat p circuitū aduersū oēs inimicos ei⁹ ꝯtra moab ⁊ filios āmon ⁊ edon ⁊ reges suba ⁊ philisteos. ⁊ quocūqȝ se vterat supabat. Cōgregatoqȝ exercitu pcussit amaleth ⁊ eruit isrl' de manu vastatoꝝ ei⁹. fuerūt aūt filij saul. ionathas ⁊ iesui et melchisua. noīa duaꝝ filiaꝝ eius. nomē pmogēite merob ⁊ nomē mioris michol ⁊ vxoris nomen abinoē filia achimaas. ⁊ noīa pncipū milicie ei⁹ abner fili⁹ ner patruelis saul . porro cis fuerat pr̄ saul ⁊ ner pater abner filius abiel. Erat aūt bellū potēs ad uersum philisteos oīmbus dieb⁹ saul

Nam quecunq̄ʒ viderat virum for-
tem et aptum ad p̄lium sociabat euʒ
sibi Et dixit samuel ad saul. me mi-
sit dn̄s vt vngerem te in regem super
populum eius israel. Nunc ergo au-
di vocem domini. hec dicit dn̄s deus
exercituū. Recensui quecūq̄ʒ fecit a-
malech israheli quomō restitit ei in
via cum ascenderet de egipto. Nunc
ergo vade et percute amalech ⁊ de-
molire vniuersa eius et non concu-
pisces ex eo aliquid. Non parcas ei.
sed interfice a viro vsq̄ʒ ad mulierē
et paruulum atq̄ʒ lactantem: bouem
et ouem camelum ⁊ asinum. Prece-
pit itaq̄ʒ saul populo ⁊ recensuit eos
quasi agnos ducenta milia peditum.
et decem milia virorum iuda. Cūq̄ʒ
venisset saul ad ciuitatem amalech:
tetendit insidias in torrente. Dixitq̄ʒ
saul cineo Abi et recede ab ama-
lech ne forte inuoluam te cū eo. Tu
enim fecisti misericordiam cum om-
nibus filijs israel cum ascenderēt de
egipto. Et recessit cineus de medio
amalech. percussitq̄ʒ saul amalech
ab euilath donec venit assur que est
e regione egipti Et apprehēdit agag
regem amalech viuū. omne autē vul
gus interfecit in ore gladij.

Sabbato dn̄ice p̄pinquioris kalendis
augusti id est prima die mens incipiū
tur iste añ que sequūtur ad vespos ⁊ di
cūtur p quatuor ebbomadas et aliquoti-
ens p quinq̄ʒ super magt vl ad memoriā
si fiat de tempe cum orationibūs dn̄icaʒ
sequētium. Ipso vero sabbato si fiat de
tempe. Ad vespos añ. Benedict⁹ cū aliis.
ps̄ Ipsum. cum aliis. Cap. De⁹ aūt
spei. Hymnus Deus creator omniū
℣ Vespertina. añ Omis sapientia a deo
est et cum illo fuit semper ⁊ est ante euū.
ps̄ Magnificat. Oratio dn̄ice sequētis

añ Sapiētia edificauit sibi domū excidit
columnas septem subdidit sibi gentes sup-
borumq̄ʒ et sublimiū colla p̄pria virtute
calcauit. añ Sapientia clamitat in pla-
teis si quis diligit sapiētiam ad me decli
net et eam inueniet ⁊ eam dum inuenerit
beatus est si tenuerit eam. añ Domin⁹
possedit me inicio viarum suarum ante
q̄m quicquā faceret a principio necdum
erant abyssi et ego p̄curiebar quādo p̄pa
rabat celos aderam cum eo componens
oīa. añ Ego in altissimis inhabitaui et
thronus meus in columna nubis. ps̄ Ma
gnificat. Oratio dn̄ice sequentis. Sequi
tur memoria de sancta maria. añ Salue
regina. ℣ Post partum. Oratio Famu
lorum. Ad completo. super nunc dimit
tis añ. Salua nos Regula. Si vero p̄i
ma dn̄ica istius mens conuenēter nō di-
catur historia dn̄icalis scʒ In principio
In feriis sequētibus in quibus nō dicet
Te deuʒ. dicētur iste lectiōes que sequū
tur. Et si contingat in prima dn̄ica dici p
dicta historia in ipa dn̄ica dicātur iste sc
lectiones prime de feriis sequētes. et in fe
riis sequētibus dicātur alie lectiones in
ordine sequentes.

Incipiunt parabole salomonis filii dauid

Lectio prima.

Parabole salomōis filij dauid
regis israel ad sciēdam sapiē-
tiam et disciplinam et intelli-
genda verba prudētie et suscipiēdaʒ
eruditiōem doctrine. iusticiam ⁊ iudi
cium ⁊ equitatem vt detur paruulis
astutia adolescentia ⁊ intellectus

Lectio secunda.

Audiens sapiens sapientior e-
rit ⁊ intelligens gubernacula
possidebit Animaduertent pa
rabolam ⁊ interpretatiōem verba sa
piētium et enigmata eorum.

Lectio tercia

Timor domini principiū sapientie Sapiētiā atqꝫ doctrinā stulti despiciūt Audi fili mi disciplinā patris tui et ne dimittas legem matris tue vt addatur gr̄a capiti tuo et torques collo tuo. Le.iiii.

Fili mi si te lactauerint peccatores ne acquiescas eis Si dixerit veni nobiscū insidiemur sagnuini abscōdamus tendiculas cōtra insontem frustra deglutiamus eū sicut infernus viuentem ꝛ in agrum quasi descendētem in lacū. Le.v.

Omnem preciosam substantiam; reperiemus implebimus animas nostras spolijs Sortem mitte nobiscū marsupium vnum sit omniū nostrum Fili mi ne ambules cum eis ꝓhibe pedem tuū a semitis eorum. Lectio sexta.

Pedes eoꝝ ad malum currunt et festinant vt effūdāt sanguinem Frustra autē iacitur rethe ante oculos pennatoꝝ.ipsiqꝫ contra sanguinem suū insidiātur ꝛ moliuntur fraudes cōtra animas suas

Ad matuti. Inuitatorium. Dn̄m qui fecit. Hymnus Nocte surgen. an̄. Seruite cum aliis. ps Beatus vir.cū aliis ℣ Memor fui. Lectio prima.

Sapiētia foris predicat in plateis dat vocem suam. in capite itinerū clamitat in foribus portarū vbi ꝓfert verba sua dicens Vsqꝫquo pꝛuli diligitis infantiā et stulti ea que sibi sunt noxia cupiēt et prudēntes odibunt sapiētiam Conuertimini ad correptōnem meam En ꝓferam vobis spm̄ meum ꝛ ostendaꝫ verba mea quia vocaui ꝛ renuistis. extendi manum meam ꝛ nō fuit qui aspiceret.

℟ In principio deus antequā terram faceret priusquā abissos constitueret priusqm ꝓduceret fontes aquaꝝ anteqm montes collocarētur Ante omnes colles generauit me dn̄s. ℣ Quādo preparabat celos aderam cum eo cuncta componens Anteqm. Lectio secūda.

Despexistis omne consiliū meum et increpatiōes meas neglexistis Ego quoqꝫ in interitu vestro ridebo et subsannabo cum vobis qd̄ timebatis aduenerit Quādo venerit super vos tribulatio ꝛ angustia tūc inuocabunt me ꝛ nō exaudiam.mane cōsurgent ꝛ non inuenient me eo ꝙ exosam habuerūt disciplinā et timorem dn̄i non susceperint.

℟ Emitte dn̄e sapiētiam de sede magnitudinis tue Vt mecum sit ꝛ mecum laboret vt sciam quid acceptum sit coram te omni tempe.℣ Da mihi dn̄e sediū tuaꝝ assistricem sapiētiam Vt me. Lectio iii.

Fili mi si susceperis sermones meos ꝛ mandata mea absconderis penes te vt audiat sapientiam auris tua.inclina cor tuū ad cognoscēdam prudētiam. Fili mi ne obliuiscaris legem meam ꝛ precepta mea custodiat cor tuū. longitudineꝫ enim dieꝝ ꝛ annos vite ꝛ pacem apponēt tibi misericordia ꝛ veritas nō te deserent.

℟ Domine pater et deus vite mee ne derelinquas me in cogitatu maligno extollentiam oculoꝝ meorum ne dederis mihi et desiderium malignum auerte a me dn̄e aufer a me cōcupiscētiam Et animo irreuerenti et infrunito ne tradas me dn̄e. ℣ Da mihi domine sediū tuaꝝ assistriceꝫ sapiētiam. Et animo. Gloria. Et. In secūdo nocturno an̄. Benedicam dn̄m cum aliis. ps Conserua.cum aliis.℣ Media nocte. Lectio prima

Circūda eas gutturi tuo ꝛ describe in tabernaculis tuis et inuenies gr̄am et disciplinam

bonā coram deo ꝛ hominibus. habe
fiduciam in dño ex toto corde tuo. et
ne innitaris prudētie tue. In omnib⁹
vijs cogita illū et ipe diriget gressus
tuos. ne sis sapiens apud temetipum.
time deum ꝛ recede a malo
℞ Da mihi dñe sediū tuarꝫ assistricē sa
pientiam et noli me reprobare a pueris
tuis Qm̄ seruus tuus sum ego et filius an
cille tue. ℣ Dñe pater et deus vite mee
ne derelinquas me in cogitatu maligno.
Quoniam seruus. ¶ Lectio quinta

Honora dūm de tua substātia
et de primicijs frugū tuarꝫ da
paupibus et implebūtur hor-
rea tua saturitate ꝛ vino torcularia
redundabūt. Disciplinam dñi fili mi
ne abicias nec deficias cū ab eo cor-
riperis Quē em̄ diligit dñs corripit
et quasi pater in filio complacet sibi.
℞ Girum celi circuiui sola et in fluctib⁹
maris ambulaui in omni gente et in om
ni populo primatū tenui. Supborū ꝛ sub
limiū colla ꝓpria virtute calcaui. ℣ Ego
in altissimis inhabitaui et thronus meus
in colūna nubis. Supborꝫ. Lectio sexta

Beatus hō qui inuenit sapien-
tiam ꝛ qui affluit prudentia.
melior est acquisitio ei⁹ nego
ciatiōe argēti ꝛ auri primi et purissi
mi. fili mi ne affluant ab oculis tuis
hec. custodi legem atqꝫ cōsiliū ꝛ erit
vita aie tue ꝛ grā faucibus tuis. tūc
ambulabis fiducialiter in via tua et
pes tu⁹ nō impinguet si dormieris nō
timebis. quiesces ꝛ suauis erit sōn⁹ tu⁹
℞ Inicium sapiētie timor dñi. Intelle-
ctus bonus omnibus facientibus eū lau-
datio eius manet in seculū seculi. ℣ Di
lectio illius custodia legū est qr omnis sa
pientia timor dñi. Intellectus. Gloria.
Intellectus. ¶ In tercio nocturno añ.
Preceptum dñi. cū aliis. ps̄ Celi enar.
cū aliis. ℣ Exaltare dñe. Tres vltime le
ctiones fiunt de expōne dñicali qualis de
beat dici. ℞ Uerbum iniquū et dolosū
longe fac a me dñe diuicias et pauperta
tes nō dederis mihi Sed tātum victui
meo tribue necessaria ℣ Ne forte satia-
tiatus euomā illud et piurem nomen dei
mei. Sed tātum. ℞ Magna enim sunt
iudicia tua dñe et inenarrabilia mirabi-
lia verba tua magnificasti populum tuū.
Et honorasti ℣ Deduxisti sicut oues po
pulū tuū in manu moisi et aaron. Et ho.
℞ Ne derelinquas me dñe pater ꝛ domi
nator vite mee vt nō corruam in cōspe-
ctu aduersariorꝫ meorꝫ Ne gaudeat de me
inimicus meus ℣ Apprehende arma et
scutum et exurge in adiutoriū mihi. Ne
gau. Gloria. Ne gau. ps̄ Te deū ℣ Fiat
mi. ¶ In laudibus añ Regnauit. sola. ps̄
Dñs reg. cum aliis. Cap. Bñdicim⁹
dñm. Hymnus Ecce iam noc. ℣ Dñs
regna. Sequitur oratio et añ. dñicales
quales debeāt dici. Ad primā ps̄ De⁹
deus meus. cum aliis vt supradictum est
in dñica qua cantatur Deus omniū.
Ad terciā añ Ueniant. ps̄ Legē po.
cum aliis. Cap. Sana me dñe. ℞ Om
nis sapia A dño deo est. ℣ Et cum illo fu
it semp et est ante euū. A do. Glo. Omnis
sa. ℣ Inicium sapiētie. Sequitur ora-
tio dñicalis. Ad sextam añ Non cōfun
das. Cap. Pacem ꝛ ve. ℞ Inicū sa-
pientie Timor dñi. ℣ Intellectus bonus
omnibus faciētibus eum. Timor. Gloria
Inicium. ℣ Ad eloquia dñi. Oratio vt s̄
Ad nonam añ Iuxta eloquiū. Cap. In
felix. ℞ Ad eloquia dñi Inclina aurem
tuam. ℣ Custodi ea fili in medio cordis
tui. Inclina. Gloria. Ad elo. ℣ Omis sa.
Oratio vt sup̄. Ad vespos añ Sede a
dextris. cū aliis. ps̄ Dixit dñs. cū aliis
Cap. Dñs aūt dixi. Hymnus Lucis
creator op. ℣ Dirigatur. Añ. super ma
gnificat ꝛ oratio dñicalis. Deinde fit me
moria de quo in crastino fieri debent ho

re. Ad cōple. vt s.

Per ebdomadam

Ne paueas repentino terrore et irruētes tibi potentias impiorum. Dñs enim erit in latere tuo et custodiet pedem tuum ne capiaris. Noli ꝓhibere eum benefacere qui pōt si vales et ipse benefac. Ne dicas amico tuo vade ⁊ reuertere ⁊ cras dabo tibi cū statim possis dare Ne moliaris amico tuo maluꝫ cum ille habeat in te fiduciam Non contendas aduersus hominem incolam frustra cum nihil ipse tibi male fecerit. Audi fili mi ⁊ suscipe verba mea vt multiplicētur tibi anni vite. Viam sapientie monstraui tibi. duxi te ꝑ semitas equitatis Quas cum ingressus fueris nō artabūtur gressus tui et currens nō habebis offendiculum Tene disciplinaꝫ ne dimittas eā custodi illam quia ipsa est vita tua. Ne delecteris semitis impiorum. nec tibi placeat maloꝝ via. fuge ab illa ne transeas ꝑ illam. desere ⁊ declina illam non eniꝫ dormiūt nisi malefecerint ⁊ rapit somn⁹ ab eis nisi supplātauerint Comedunt panem ipietatis et vinū iniquitatis bibunt Iustoruꝫ aūt semita quasi lux splendēs ꝓcedit et crescit vsqꝫ ad ꝑfectam diem. via impioꝝ tenebrosa nesciunt vbi corruunt. fili mi ausculta sermones meos et ad eloquia mea inclina aurem tuā nec recedant ab oculis tuis. custodi ea in medio cordis tui. vita eniꝫ sunt inueniētibus ea et vniuerse carni sanitas Omni custodia serua cor tuuꝫ quia ab ipso vita procedit Remoue a te os prauū et detrahētia labia sint procul a te Oculi tui recta videant et palpebre tue precedant gressus tuos.

Incipit liber ecclesiastes.

Verba ecclesiastes filij dauid regis iherusalem. vanitas vanitatum dicit ecclesiastes. vanitas vanitatū omnia vanitas. quid habet homo amplius de vniuerso labore suo quo laborat sub sole Generatio preterit ⁊ generatō aduenit. terra vero in eternum stat Oritur sol ⁊ occidit ⁊ ad locum suum reuertitur. ibiqꝫ renascens girat per meridieꝫ et flectitur ad aquilonem lustrans vniuersa ⁊ in circuitu ꝑgit spiritus ⁊ in circulos suos egreditur Omnia flumina intrant in mare ⁊ nō redundat mare. ad locum vnd̄ exeunt flumina reuertūtur vt iterum fluant Cūctas res difficiles non potest homo explicare sermone Nō saturatur oculus visu. nec auris auditu impletur. quid est qd̄ fuit Ipsum qd̄ futurum est. Quid est qd̄ est Ipsum qd̄ fiendum est Nihil sub sole nouum nec valet quisquaꝫ dicere ecce hoc recens est. Iam eniꝫ precessit in seculis que fuerunt ante nos Non est prior memoria sed nec eorum quidem qui postea futura sunt erit recordatō apud eos qui futuri sunt in nouissimo. Ego ecclesiastes fui rex in iherusalem et ꝓposui in animo meo querere ⁊ inuestigare sapienter de omnibus que fiunt sub sole. ⁊ ecce vniuersa vanitas et afflictio spiritus Ego ecclesiastes locutus sum in corde meo dicens. ecce magnus effectus sū ⁊ precessi sapientia omnes qui fuerunt ante me in iherusalem et mens mea contemplata multa sapienter et didisci. Dedi enim cor meum vt odirem sapientiam et doctrinaꝫ erroresqꝫ ⁊ stultitiā

Et agnoui q in his quoq3 est labor
et afflictio spūs eo q in multa sapi-
entia multa sit indignatio et qui ad-
dit sciētiam addat z laborem. Dixi
ego in corde meo vadam z affluā de
licijs. fruar bonis et vidi quoq3 qd
hoc esset vanitas. risum reputaui er-
rorem z gaudio dixi. quid frustra de
cipieris. Cogitaui in corde meo ab-
strahere a vino carnem meā vt ani
mū meum transferrem ad sapiētiam
deuitarēq3 stulticiam donec viderez
quid esset vtile filijs hominū. Quo
facto opus est sub sole numero dierz
vite sue. Magnificaui opa mea. edi-
ficaui domos mihi. plantaui vineas
feci ortos z pomeria z cōseui ea cū-
cti generis arborib9 Coaceruaui mi
chi argentum z aurū z substātiaz re
gum ac puinciaz. Cūq3 me cōuertis
sem ad vniuersa opa que fecerāt ma
nus mee z ad labores in quibus fru
stra sudaueram vidi in omnibus va
nitatem z afflictiōem anime z nichil
pmanere sub sole Transiui ad cōtem
plādam sapiētiam erroresq3 z stulti-
ciam Quid est homo inq3 vt se qui
poscit regem factorez suū Et vidi q
tātuz pcederet sapiētia stulticiā. qtū
differt lux a tenebris Sapiētis oculi
in capite eius. stultus in tenebris am
bulat z didici q vnus vtriusq3 esset
interit9 et dixi in corde meo Si vn9
et stulti et me9 occasus erit quid mi
chi prodest q maiorem sapiētie dedi
opam. Animaduerti q hoc quoq3 es
set vanitas Non erit memoria sapiē
tis similiter z stulti in ppetuū Par
oblitus memoria dispar z futura tē
pora obliuione cuncta opirent pari-
ter Moritur doctus similiter z indo
ctus et idcirco teduit me vite mee.
Cum enim aliud laboret in sapientia
et sollicitudine homini ocioso quest-
ta dimittit Et hec ergo necessitas est
magnū malum. Quid em pderit ho
mini de vniuerso labore suo et affli-
ctione spūs qua sub sole cruciat9 est
Cuncti dies eius doloribus z erum-
nis pleni sunt nec p noctez mente re
quiescit Et hec vanitas nū est Nōne
melius est comedere z bibere z osten
dere anime sue bona de doloribus su
is Et hec de manu est qui ita labora
uit et delicijs suis affluit vt ego.

Incipit liber sapientie

Diligite iusticiam qui iudica-
tis terram Sentite de dño in
bonitate z simplicitate cordis
querite illū qm inuenitur ab his qui
non temptant illum. apparet aūt eis
qui fidem habent in illum. Peruer-
se em cogitatōes sepant a deo. pbata
autez virtus corripit insipientes qm
in maliuolam aīam non introibit sa-
pientia. nec inhabitabit in corpe sub
dito peccatis Sanctus em spūs disci
pline effugiet fictuz z auferet se a co
gitatōnibus que sunt sine intellectu.
et corripietur a superueniente iniqui-
tate Benignus est em spūs sapiētie
et non liberabit maledictum a labijs
suis Reniū illi9 testis est deus z cor
dis eius scrutator est verus et lingue
eius auditor Qm spūs dñi repleuit
orbem terraz et hoc qd continet om
nia sciētiam habet vocis Propter
ea qui loquitur iniqua nō potuit la-
tere nec pteriet illum corripiens iudi
cium In cogitatōnibus em impij in
terrogatio erit Sermonū autem illi-
us auditio ad dñm venit z ad corre-
ptionem iniquitatis illius qm auris
zeli audit omnia z tumultus murmu
rationū non abscondetur Custodite
ergo vos a murmuratiōe que nichil
pdest z a detractiōe pcite lingue qm
responsum inuacuū obscurū nō ibit.

os autem qd mentitur occidit animā
Noli te zelari mortem in errorem vi
te vestre neqȝ acquiratis pditionem
in opibus manuū vestrarū. qm̄ deus
mortem nō fecit nec letatur in pditō
ne vivorum. Creavit enim vt essent
omnia ⁊ sanabiles fecit nationes or/
bis terrarū et non est illis medicamē
tum exterminij nec inferiorū regnuȝ
in terra. Justorū auteȝ anime in ma
nu dei sunt et nō tanget illos tormē/
tum mortis. Visi sunt oculis insipiē/
tium mori illi autem sunt in pace. et
si coram hoibus tormenta passi sunt
spes illoꝝ immortalitate plena est. et
in paucis vexati in multis bn̄ dispo/
nētur qm̄ deus temptavit illos ⁊ in/
venit illos dignos se. Tanq̄ aurū in
fornace pbavit illos quasi holocau/
sta hostie accepit illos. et in tempore
erit respectus illoꝝ. Fulgebūt iusti ⁊
tanq̄ scintille in arūdineto discurrēt.
Judicabunt nationes et dn̄abuntur
populis et regnabit dn̄s illorum in p
petuum. Impij autem scd̄m que co/
gitaverūt correptōnem habebūt qui
neglexerūt iustum ⁊ a dn̄o recesserūt.
Sapiētiam em̄ ⁊ disciplinaȝ qui abi
cit infelix est ⁊ vacua est spes eorum
et labores sine fructu Mulieres eoꝝ
insensate sunt ⁊ nequissimi filij eoruȝ
maledicta creatura eoꝝ qm̄ infelix et
coinquinata que nescivit thorum in
delicto habebit fructum in refectiōe
animaꝝ sanctarū. Audite reges ⁊ in
telligite. discite iudices finiū terre. p̄/
bete aures vos qui cōtinetis multi/
tudines. ⁊ placetis vobis i turbis na
tionū. qm̄ data est a dn̄o ptās vobis
et virtus ab altissimo qui interroga/
bit opa vestra ⁊ cogitatōnes scrutabi
tur. Qm̄ cum essetis ministri regni il
lius nō recte iudicastis neqȝ custodi
stis legem iusticie neqȝ scd̄m volūta
tem dei ambulastis.

Incipit secūdus liber sapientie

Omnis sapiētia a dn̄o deo est
et cum illo fuit semp et est an̄
evū. harenaȝ maris et pluvie
guttas ⁊ dies seculi quis dinumera/
vit. Altitudinē celi ⁊ latitudineȝ ter/
re et pfundum abyssi quis dimensus
est. Sapientiam dei pcedentem omia
quis investigavit. prior omniū crea/
ta est sapientia et intellectus sapiētie
ab evo. Fons sapiētie verbum dei in
excelsis ⁊ ingressus illi⁹ mādata eter
na. Radix sapiētie cui revelata est ⁊
astucias illi⁹ quis agnovit. Discipli/
na sapiētie cui revelata est ⁊ manife
stata. et multiplicatōem gressus illi⁹
quis intellexit. vnus est altissim⁹ cre
ator omnipotens ⁊ metuēdus nimis
sedens super thronū illi⁹ ⁊ dn̄ans de/
us. Ipse creavit illam in spū sancto
et vidit ⁊ dinumeravit ⁊ mensus est
Ipse aūt effudit illam sup omia opa
sua ⁊ sup omnē carnem scd̄m datum
suū prebet illam diligentibus se. Ti/
mor dn̄i gloria ⁊ gloriatio ⁊ leticia ⁊
corona exultationis. Timor dn̄i dele
ctabit cor ⁊ dabit leticiam ⁊ gaudiū
in longitudinem dierū. Timenti dn̄m
bene erit in extremis ⁊ in die defun/
ctionis sue bn̄dicetur. dilectio dei ho
norabilis sapientia. Quibus aūt ap/
paruit in visu diligūt eam in visione
et in agnitiōe suoꝝ magnaliū. Ini/
cium sapiētie timor dn̄i et cum fideli
bus in vulua cōcretus est ⁊ cum ele
ctis feminis creditur ⁊ cum fidelib⁹
et iustis agnoscitur. Timor dn̄i scien
tie religiositas. religiositas custodiet
et iustificabit cor iocunditatem atqȝ
gaudiū dabit. Timēti dn̄m bene erit.
et in die consūmationis illius benedi
cetur. Plenitudo sapiētie timere de/
um et plenitudo a fructibus illius.

Omnem domū illius impleuit cor a
generationibus ⁊ receptacula a the-
sauris illius. Corona sapiētie timor
dñi replens pacem et salutis fructuz
et vidit ⁊ dinumerauit eam. Vtraqȝ
aūt sunt dona dei. Scientiam ⁊ intel
lectum prudentie sapia cōpcietur et
gloriam timētium se exaltat. Radix
sapiētie est timere deum. rami em̄ illi
us lōgeui. In thesauris sapie intelle
ctus et scientie religiositas. execratio
aūt peccatoribꝰ sapia. Timor dñi ex
pellit peccatū. Nam qui sine timore
est nō poterit iustificari. Iracundia
eniz animositatis illius subuersio est
illius. vsqȝ in tempus sustinet it pa-
tiens et postea redditio iocunditatis
bonus sensus vsqȝ in tempus abscon
det verba illius. et labia multorum
enarrabūt sensum illius. In thesau-
ris sapiētie significatio discipline. exe
cratio autez peccati cultura dei. Fili
cōcupiscens sapiam cōserua iusticiaz
et deus pbebit illam tibi. Sapientia
enim ⁊ disciplina timor dñi. ⁊ qđ be-
neplacitum est illi. fides ⁊ mansuetu
do adimplebit thesauros illius. Ne
fueris incredibilis timori dñi. ⁊ ne ac
cesseris ad eum duplici corde. Ne fu
eris ypocrita in conspectu hominuz
et non scandaliseris labijs tuis. Attē
de in illis ne forte cadas. et adducas
anime tue inhonoratiōem. ⁊ reuelet
deus absconsa tua. ⁊ in medio sinago
ge elidat te. qm̄ accessisti maligne ad
dñm et cor tuum plenū est dolo ⁊ fal
lacia. Fili accedens ad seruitutez dei
sta in iusticia ⁊ timore ⁊ ppara aīam
tuam ad temptatiōem. Deprime cor
tuum ⁊ sustine. inclina aurem tuam
et excipe verba intellectus et ne fe-
stines in tp̄s obductionis. Sustine su
stentatiōes dei. cōiungere deo ⁊ susti-
ne vt crescat in nouissimo vita tua.

Omne qđ tibi fuerit applicitum su-
scipe et in dolore sustine. et in humili
tate tua patiētiam habe. qm̄ in igne
pbatur aurum ⁊ argentuz. homines
vero receptabiles in camino humili
ationis. Crede deo ⁊ recupabit te et
dirige viam tuaz ⁊ spera in illū. Ser
ua timorem illius ⁊ in illo veterasce
Metuētes dñm sustinete misericordi
am eius et non deflectetis ab illo ne
cadatis. Qui timetis dñm credite il
li et non euacuabitur merces vestra
Qui timetis dñm sperate in illum ⁊
oblectatione veniet vobis misericor
dia. Qui timetis dñm diligite illum.
⁊ illuminabūtur corda vestra. Respi
cite filij natiōes hominū ⁊ scitote qr
nullus sperauit in dño et cōfusus est
permansit in mandatis eius ⁊ dereli-
ctus est. Et quis inuocauit illum et
despexit illū. Qm̄ pius ⁊ misericors
est deus. et remittet in tempore tribu
lationis peccata ⁊ ptector omnibus
exquirētibus se in veritate. Ve dupli
ci corde ⁊ labijs scelestis ⁊ manibus
male faciētibus et peccatori terram
ingredienti duabus vijs. Ve dissolu-
tis corde qui nō credunt deo nec pte
gunt ab eo. Ve his qui perdiderunt
sustinētiam qui dereliquerūt vias re
ctas et diuerterūt in vias prauas. Et
quid facient cū inspicere cepit deus.
Qui timent dñm nō erunt incredibi
les verbo illius ⁊ qui diligunt illum
conseruabūt viam illius. Qui timēt
dñm inquirēt que sunt beneplacita
illi. et qui diligunt illum replebūtur
lege ipius. Qui timēt dñm pparabūt
corda sua et in conspectu illius san-
ctificabunt animas suas. Qui timēt
dñm custodient mādata ipius et paci
entiam habebūt vsqȝ ad inspectiōem
illius dicētes. Si penitētiam nō ege-
rimus incidemus in manus dei ⁊ nō

in manus hominũ. Secdm enim magnitudinem illius sic et misericordia ipsius cum ipo est. Filij sapiētie ecclesia iustorum et natio illoꝝ obediētia et dilectio. Judicium patris audite filij dilecti: et sic facite vt salui sitis. Deus aũt honorauit patrē in filius et iudicium matris exquirens in filios. Qui diligit deum exorabit ꝑ peccatis et continebit se ab illis In oratione dieꝝ exaudietur. et sic qui thesaurisat. ita ē qui honorificat matrē suam. Qui honorat patrem iocũdabitur in filijs et in die orationis sue exaudietur. Qui honorat patrem suum vita viuet longiore. ꝛ qui obedit patri refrigerabit mater. Qui timet deum honorat parentes ꝛ quasi dñis seruiet his qui se generauerunt In ope ꝛ sermone ꝛ omni patientia honora patrē tuũ vt supueniat tibi benedictio illi⁹ in nouissimo manet. benedictio patris firmat domos filioꝝ maledictio aũt matris eradicat fundamenta. ne glorieris in contumelia patris tui. nõ est enĩ tibi gloria ſ; cõfusio. Gloria enĩ hoĩs ex honore patris sui et dedecus filij pater sine honore. Fili suscipe senectam patris tui et ne cõtristes eum in vita ipius Et si defecerit sensu veniam da ꝛ ne spernas eum in tua virtute. Elemosina enim patris non erit in obliuionē. nã ꝑ bono facto matris restituetur tibi bonũ et in iusticia edificabitur tibi. In die tribulatiõis cõmemorabitur tui. sicut in sereno glacies sic soluentur tua peccata. Qm̃ male fame est qui relinquit patrē. et est maledict⁹ qui exaspat matrē. Fili in mansuetudine opa tua pfice ꝛ sup hominũ gloriã diligeris. quãto magn⁹ es humilia te in omibus ꝛ coram deo inuenies gratiã qm̃ magna potentia dei solius et ab hoĩbus honoratur. Altiora te ne quesieris ꝛ fortiora te ne scrutat⁹ fueris sed que precepit deus illa cogita semper et in plurib⁹ opibus ei⁹ ne fueris curiosus. Fili non est necessarium ea que abscõdita sunt videre oculis tuis. In supuacuis rebus noli scrutari multipliciter ꝛ in plurib⁹ opibus eius ne fueris curiosus. plurima enim sup sensum hominũ ostensa sunt tibi. multos enim supplantauit suspicio illoꝝ et in vanitate detinuit sensus eorum. Cor durum male habebit in nouissimo. et qui amat piculum in illo pibit. Cor ingrediens duas vias nõ habebit requiem ꝛ pui cordis in illis scandalisabitur. Cor nequã grauabitur in dolorib⁹. ꝛ peccatoꝛ adiciet ad peccandum Sinagoge superborum non est sanitas. Frutex enĩ peccati eradicabitur in illis et non intelligitur. Cor sapiens intelligitur in sapientia. et auris bona audiet cum omni concupiscentia sapiētiam.

Sabbato dominice ꝓpinquioris kalend septembris. id est prime diei eiusdē mensis incipiũtur Ad vesperos iste añ. de iob que sequũtur. Et scias ꝙ qñ isti mensi cõuenĩũt quinq; ebd. ꝑ tres primas ebdo. sabbis super magt vel ad memoriam dicũtur iste tres añ. sequētes ꝛ legitur de iob Quãdo vero isti mensi quatuor ebd. conueniũt ꝑ duas primas ebdo. sabbis super magt ad memoriã cum orationibus dominicaꝝ sequētium dicũtur iste añ. sequētes et tunc secũda añ. dimittitur q2 in prima añ. cõtinetur. Ipso enĩ sabbato si fiat de tempe. Ad vespos añ. Benedictus. cum aliis. ps Ipsum. cum aliis. Cap. Deus spei. Hymnus Deus creator [illegible] Vespertina oratio ascendat ad te [illegible]

añ Cum audisset iob nūciorum verba sustinuit patiēter et ait si bona suscepimus de manu dñi mala aūt quare non sustineamus. in omnibus his non peccauit iob labiis suis neqȝ aliquid stultum contra deum locutus est. añ In omnibus his nō peccauit iob labiis suis neqȝ stultuȝ quid contra deum locutus est. añ Noctem illam tenebrosus turbo possideat non computetur in dieb⁹ anni nec numeretur in mensibus sed sit nox illa solitaria nec laude digna in qua dictum est conceptus est homo. Magnificat. Sequitur oratio dominicalis qualis debeat dici. Deinde fit memoria de sancta maria. añ Salue. cū versu et oratione. Ad comple. sup nūc dimittis Salua nos Regula si in prima dñica istius mensis conueniēter non dicatur historia dñicalis scilicȝ Si bona suscepimus. In feriis seqnētibus in quibus nō fiunt nouem lectiones dicātur iste lectiones q̄ sequūtur. Et si contingat in dicta prima dñica dicere p̄dictam historiam. in ista dominica dicātur iste sex prime lectiones de feriis seqnētibus et in eisdem feriis dicātur alie tunc in ordine.

Incipit liber Job Lectio prima

Vir erat in terra hus noīe iob et erat vir ille simplex ⁊ rect⁹ ac timēs deū ⁊ recedēs a malo. Natiqȝ sunt ei septem filij ⁊ tres filie et fuit possessio eius septem milia ouiuȝ et tria milia camelorum. quinquaginta quoqȝ iuga boum. ⁊ quingente asine. et familia multa nimis. Erat itaqȝ vir ille magnus inter omnes orientales. Et ibant filij eius et faciebant cōuiuium p domos vnusquisqȝ in die sua ⁊ mittētes vocabāt tres sorores suas vt comederent ⁊ biberent cū eis. Lectio secūda

Cumqȝ in orbem trāsissent dies conuiuij mittebat ad illos iob ⁊ sanctificabat eos. cōsurgensqȝ diluculo offerebat holocausta p singulos Dicebat enim ne forte peccauerint filij mei et benedixerint deo in cordib⁹ suis. Sic faciebat iob cunctis diebus. Quadam autem die cum venissent filij dei vt assisterent coram dño. affuit inter eos etiā sathan Cui dixit dñs. vñ venis. Qui respondens ait. Circuiui terram et pambulaui eam. Lectio tercia

Et dixit dñs ad eum Nūquid considerasti seruū meum iob. q non sit ei similis in terra homo simplex et recedens a malo. Cui respondens sathan ait. Nūquid frustra timet iob deum. Nōne tu vallasti eum ac domuȝ eius vniuersamqȝ substātiam eius per circuitum. Lectio quarta

Operibus manuū eius benedixisti ⁊ possessio illius creuit in terra Sed extende paululum manum tuā et tange cuncta que possidet et videbis q in facie bñdixerit tibi. Dixit autem dñs ad sathan Ecce vniuersa que habet in manu tua sūt tātum in eum nō extendas manū tuam. Egressus est igitur sathan a facie dñi. Cum aūt quadam die filij ei⁹ et filie comederent ⁊ biberent vinuȝ in domo fratris sui venit nūcius ad iob. Lectio quinta.

Dixit enim nūcius ad iob boues arabant ⁊ asine pascebantur iuxta eos. ⁊ irruerūt sabei tulerūtqȝ omnia. ⁊ pueros pcusserūt gladio et euasi ego solus vt nūciareȝ tibi. Cūqȝ adhuc ille loqueretur venit alter ⁊ dixit Ignis dei cecidit de celo et tactas oues puerosqȝ cōsumpsit et effugi ego solus vt nūciarē tibi. Adhuc autem illo loquente venit alius ⁊ dixit Caldei fecerūt tres turmas ⁊ inuaserūt camelos ⁊ tulerunt

eos necnõ ⁊ percusserũt pueros gla-
dio et ego fugi solus vt nũciarẽ tibi.
Lectio sexta
Adhuc loquebatur ille et ecce
alius intrauit ⁊ dixit. filijs tu
is et filiabus vescẽtibus ⁊ bi
bentibus vinum in domo fratris sui
primogeniti repente ventus vehemẽs
corruit a regione deserti et concussit
quatuor angulos domus que corru-
ens oppressit liberos tuos et mortui
sunt et effugi ego solus vt nũciarem
tibi. Tunc surrexit iob et scidit tuni
cam suam et tonso capite corruẽs in
terram adorauit et dixit. nudus egres
sus sum de vtero matris mee et nu-
dus reuertar illuc Dñs dedit dñs ab
stulit sicut dño placuit ita factũ est
sit nomen dñi benedictum. In omni
bus his ñ peccauit iob labijs suis ne
qꝫ stultum quid cõtra deum locutus
est. Factum est aũt cum quadam die
venissent filij dei ⁊ starent coraꝫ dño
venisset quoqꝫ sathan inter eos ⁊ sta
ret in conspectu eius vt diceret dñs
ad sathan. vnde venis. Qui respon-
dens ait. Circuiui terram ⁊ pambu-
laui eam. Et dixit dñs ad sathã Nũ
quid cõsiderasti seruũ meũ iob ꝙ nõ
sit similis ei in terra. vir simplex ⁊ re
ctus ac timens deũ ⁊ recedens a ma-
lo et retinẽs adhuc innocẽtiam suaꝫ
Tu aũt cõmouisti me aduersus eum
vt affligerem eũ frustra. Respõdens
sathan ait. pellem ꝑ pelle. et cũcta q̃
habet homo dabit ꝑ anima sua. Alı
oquin mitte manuꝫ tuam ⁊ tange os
eius ⁊ carnem et tũc videbis ꝙ in fa
cie benedicat tibi. Dixit ergo dñs ad
sathan. Ecce in manu tua est. verũta
men animã illius serua.
Ad matuti. Inuitatoriũ Dñm qui fecit
nos. Hymnus Nocte surgẽtes. In
primo nocturno añ. Seruite. cum aliis.
ps Beatus vir. cum aliis. ℣ Memor
fui nocte. Lectio prima.
Egressus igitur sathan a fa-
cie dñi pcussit iob vlcere pes-
simo a planta pedis vsqꝫ ad
verticem eius qui testa saniem rade
bat sedens in sterquilinio. Dixit aũt
illi vxor sua. Adhuc tu permanes in
simplicitate tua. Benedic dño ⁊ mo
rere Qui ait ad illam Quasi vna de
stultis mulieribus locuta es. Si bo-
na suscepimus de manu domini ma-
la autem quare nõ sustineamus. In
omnibus his nõ peccauit iob labiis
suis. Tu autem.
℟ Si bona suscepimus de manu dñi ma
la aũt quare non sustineamus Dñs dedit
dñs abstulit sicut dño placuit ita factũ est
sit nomen dñi benedictum. ℣ In omni-
bus his non peccauit iob labiis suis neqꝫ
stultum quid contra deum locutus est. Do
minus dedit. Lectio secũda.
Igitur tres amici iob audien
tes oĩe malũ qd̃ accidisset ei
venerunt singuli de loco suo.
Eliphath themanithes et baldach
suites et sophar naamatites. Condi
xerant enim sibi vt pariter veniẽtes
visitarent eum ⁊ consolarẽtur. Cũqꝫ
eleuassent procul oculos suos nõ co
gnouerunt eum et exclamantes plo-
rauerunt.
℟ Anteq̃m comedam suspiro et tanq̃m
inundantis aque sic rugitus meus quia ti
mor quẽ timebam euenit mihi et qd̃ ve
rebar accidit. Nõne dissimulaui nõne silui
et iam quieui et venit super me miseri-
cordia tua dñe. ℣ Nolo multa fortitudi-
ne contendas mecum nec magnitudinis
tue mole me premas equitatem ꝓponas
contra me. Nonne. Lectio tercia
Scissisqꝫ vestibus sparserunt
puluerem super caput suũ in
celum. et sederunt cum eo in

terra septem diebus & septem noctibus. et nemo loquebatur ei verbum. videbant eniꝫ dolorem esse vehementem. Post hoc aperuit iob os suum et maledixit diei sue & ait. Pereat dies in qua natus sum & nox in qua dictum est conceptus est homo. Dies ille vertatur in tenebras non requirat eum deus desup et nō sit in recordatione. et non illustret lumine.
℟ Utinam appenderētur peccata mea quibus iram merui Et calamitas quā patior in statera. ℣ Quasi harena maris hec gravior appareret vñ et verba mea dolore sunt plena Et calamitas. Gloria. Et cala. In secūdo nocturno añ. Benedicam dñm. cum aliis. ps Conserva. cū aliis. ℣ Media nocte. Lectio q̄rta.
Obstruant eum tenebre & umbra mortis. occupet eum caligo et involuatur amaritudine. Noctem illam tenebrosus turbo possideat non cōputetur in dieb⁹ āni nec numeretur in mēsibus. Dixit aūt iob Sit nox illa solitaria nec laude digna. Maledicant ei qui maledicūt diei qui parati sūt suscitare leviathā
℟ Quare detraxistis sermonibus veritatis ad increpādus verba cōponitis & subvertere nititimini amicū vestrum. Verūtamen que cogitatis explete. ℣ Militia est vita hoīs sup terram et sicut dies mercenarii dies eius. Verūtamen.
Lectio quinta
Obtenebrētur stelle caligine eius. expectet lucem et nō videat nec ortum surgētis aurore quia non conclusit ostia ventris qui portavit me nec abstulit mala ab oculis meis Quare nō in vulva mortuus sum Egressus ex utero nō statim perij. Quare exceptus genibus Cur lactatus uberibus.
℟ Induta est caro mea putredine et sordibus pulveris cutis mea aruit et contracta est Memento mei dñe qm̄ ventus est vita mea. ℣ Dies mei sicut umbra declinaverūt et ego sicut fenum arui Memento mei.
Lectio sexta
Nunc enim dormiens silerem. et somno meo requiescereꝫ cū regibus et consulibus terre qui edificant sibi solitudines. aut cū principibus qui possident aurum et replent domos suas argento. aut sicut abortivū absconditum non subsisterem. vel qui concepti non viderūt lucem. Ibi impij cessaverunt a tumultu et ibi requieuerunt fessi robore. et quōdam iuncti pariter sine molestia non audierunt vocem exactoris. parvus et magnus ibi sunt et servus liber a domino suo.
℟ Memento mei deus quia ventus est vita mea Nec aspiciat me visus hominis ℣ De pfundis clamavi ad te dñe dñe exaudi vocem meā Nec aspiciat. Gloria pa. Nec aspi. In tercio nocturno añ. Preceptum dñi. cum aliis. ps Celi enarrāt cum alius. ℣ Exaltare dñe. Tres ultime lectiōes fiunt de expōne dñicali. ℟ Paucitas dierū meoꝝ finietur breui dimitte dñe sine plangam dolorem meū paululum Anteq̄m vadam ad terram tenebrosam & opertam mortis caligine. ℣ Ecce in pulvere sedeo et in pulvere dormio et si mane me quesieris nō subsistam. Anteq̄m
℟ Ne abscondas me domine a facie tua manum tuam longe fac a me Et formido tua non me terreat. ℣ Voca me et respondebo tibi aut certe loquar et tu responde mihi. Et formido.
℟ Nocte os meū pforatur doloribus et qui me comedunt non dormiūt a multitudine eorum consumitur vestimētum meū

Compatus sum luto et assimilatus sum fa uille et cineri. ℣ O custos hominū quare me posuisti cōtrarium tibi et fact⁹ sū mihimetipsi grauis. Compatus. Gloria patri. Compatus. ps Te deum. ℣ Fiat misericordia. ¶ In laudibus añ. Regnauit. sola. ps Dñs regnauit. cum aliis. Cap. Benedicimus d. Hymnus Ecce iā noctis. ℣ Dñs regnauit. añ. super benedictus sicut decet cum oratione dñicali Ad horas capi. Sana me dñe. cū aliis. ℟ Inclina cor meum, cum aliis et cum oratione dñicali sicut decet Ad vespe. añ. Sede a dextris. cum aliis. Cetera fiunt sicut in dñicis p̄cedētibus cōtinetur dum tamen fiat de tempe ⁊c̄. vt supra.

Legenda p ebdomadam

Quare data est misero lux et vita his qui in amaritudine anime sunt. Qui expectant mortem et non venit quasi effodientes thesaurum gaudentq; vehementer cum inuenerunt sepulcrum. viro cuius abscondita est via et circūdedit eum deus tenebris. Anteq̄ comedam suspiro et tanq̄ inundātis aque sic rugitus meus quasi timor quē timebam euenit mihi ⁊ qd̄ verebar accidit. Nonne dissimulaui. Nōne quieui et venit super me indignatiō. Respondit autem eliphath themanites dixit Si ceperimus loqui tibi forsitan moleste accipies. Sed conceptū sermonem tenere quis poterit. Ecce docuisti multos et manus lassas roborasti. vacillantes confirmauerunt sermones tui et genua trementia cōfirmasti. nunc autem venit super te plaga et defecisti. Tetigit te ⁊ cōturbatus es. Ubi est timor tuus fortitudo tua. potentia tua. et perfectio viarum tuarum Recordare obsecro te quis nunquā innocens periit aut quando recti deleti sunt. Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem et seminant dolores ⁊ metunt eos flante deo perire et spiritu ire eius esse consumptos. Rugitus leonis et vox leene et dentes catulorum leonum contriti sunt. Tigris periit eo qd̄ non haberet predam. et catuli leonum dissipati sunt. Porro ad me dictum est verbum absconditum. et quasi furtiue suscepit auris mea venas susurrii eius. In horrore visionis nocturne quando solet sopor occupare homines. pauor tenuit me et tremor et omnia ossa mea perterrita sunt. Et cum spiritus me presente transiret inhorruerunt pili carnis mee Stetit quidam cuius non agnoscebam vultum ymago coram oculis meis et vocē quasi aure lenis audiui. Nunquid homo dei comparatione iustificabitur. aut factore suo purior erit vir. Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles et in angelis suis reperit prauitatem. Quantomagis hy qui habitant domos luteas qui terrenum habent fundamentum. Cōsumentur velut a tinea. de mane vsq; ad vesperā succidentur Et quia nullus intelligit in eternum peribūt. qui autem reliqui fuerint auferētur ex eis. Morientur et non in sapiētia Voca ergo si est qui respōdeat ⁊ ad aliquem sanctorum conuertere. Uirum stultum interficit iracundia. et paruulum occidit inuidia. Ego vidi stultū firma radice et maledixi pulchritudinem eius statim. longe fient filii eius a salute et conuertentur in porta. Et non erit qui eruat.

Cuius messem famelicus comedet
et ipm rapiet armatus et bibent sitiē
tes diuitias eiꝰ· nihil in terra sine cau
sa et de humo non orietur dolor. ho-
mo ad laborē nascitur et auis ad vo
latum. Quāobrem ego depcabor do
minū et ad deum ponā eloquiuz meū
Qui fecit magna ⁊ iscrutabilia ⁊ mi
rabilia absq3 numero. Qui dat plu-
uiam sup faciē terre et irrigat aquis
vniuersa. Qui ponit humilez in sub
limi et merētes erigit sospitate. Qui
dissipat cogitatiōes malignoꝝ ne pos
sint implere manus eoꝝ qđ incepant
Qui apprehēdit sapiētes in astucia
eorum et consilium prauoꝝ dissipat.
Per diem incurrent tenebras ⁊ qua
si in nocte sic palpabunt in meridie.
Porro saluū faciet egenuz a gladio
oris eoꝝ et de manu violenti paupe-
rem. et erit egeno spes. iniquitas aūt
contrahet os suum. Beatus homo
qui corripitur a deo. increpationem
ergo dñi ne reprobes quia ipse vul-
nerat ⁊ medetur. pcutit. ⁊ manus eiꝰ
sanabunt. in sex tribulatiōibus libe-
rabit. et in septima nō tanget te ma-
lum. in fame eruet te de morte et in
bello de manu gladij. A flagello lin-
gue absconderis ⁊ non timebis cala-
mitatem cum venerit. in vastitate et
fame ridebis et non timebis bestiam
terre sed cum lapidibus regionuz pa
ctum tuū. ⁊ bestie terre pacifice erūt
tibi Et scies qꝙ pacem habeat taber
naculum tuū et visitans spēm tuā nō
peccabis. Et scies quoq3 qm̄ multi-
plex erit semen tuum. et pgenies tua
quasi herba terre Ingredieris in ha
bundātia sepulcrū sicut infertur acer
uus in tempe suo Ecce hoc vt inue
stigabimus ita est qđ auditum men-
te pertracta Respondens autem iob
dixit. vtinam apprehenderētur pecca
ta mea quibus iram merui ⁊ calami
tas quā patior in statera quasi hare
na maris hoc grauior appareret. vñ
et verba mea dolore sunt plena quia
sagitte dñi in me sunt quarū indigna
tio ebibit spm̄ meum et terrores dñi
militant contra me. Nūquid rugiet
onager cum habuerit herbam. aut
mugiet bos cum ante psepe plenum
steterit. aut poterit comedere insulsū
qđ non est sale conditum. aut pōt ali
quis gustare qđ gustatuz affert mor
tem. anime enim esurienti etiaz ama-
ra dulcia esse videntur. que ptangere
nolebat anima mea nunc p angustia
cibi mei sunt.

Sabbato penultime dominice mensis
Septembris Super magt vel ad me-
moriam incipiūtur añ. que sequūtur cum
orationibus dñicarum sequētium videlic3
per duas vltimas ebdo. isti mensi cōgru
entes et legitur de thobia· Ipso sabbato
Ad vespos añ Benedictus. cum aliis ps
Ipsum. cum aliis· Capi. Deus aūt spei
Hymnus Deus creator. ℣ Vesperti-
na. añ Ne reminiscaris dñe delicta mea
vel parētum meorum neq3 vindictam su
mas de peccatis meis. ps Magnificat
añ Adonay domine deus magne et mira
bilis qui dedisti salutem in manu femine
exandi preces seruoꝝ tuorum. ps Ma-
gnificat. Oratio dñicalis put decet. Se
quitur memoria de sancta maria. añ Sal
ue· ℣ Post ptum. Oratio Famulorū
Ad completoriū dum tñ fiat de tempe. añ
Salua nos ⁊c· sicut decet. Ad matuti.
Inuitatorium. In manu tua dñe Omnes
fines terre· ps Venite exultemꝰ. Hym
nus Nocte surgentes. In primo no
cturno añ Seruite. cum aliis. ps Be-
atus vir. cum aliis. ℣ Memor fui.

Lectio prima

Tobias ex tribu neptalim ⁊
ciuitate que est ex supioribus

galilee supra naason post viam q̄ du
cit ad occidētē in sinistro habens ci
uitatem sephet cum captus esset in
diebus salmanasar regis assirioꝝ. in
captiuitate tñ positus viam veritatis
non deseruit. ita vt omnia que habe-
re poterat quotidie cum captiuis fra
tribus qui erant ex eius genere imp-
tiret. Tu autem.
℟ Peto domine vt de vinculo impꝛope
rii huius absoluas me aut certe desup ter
ram eripias me ne reminiscaris delicta
mea vel parētum meoꝝ neqꝫ vindictam
sumas de peccatis meis Quia eruis susti
nentes te dñe ℣ Omnia iudicia tua iu-
sta sunt et omnes vie tue veritas et nūc
dñe memēto mei. Quia ¶ Lectio secūda

Umqꝫ esset iunioꝛ omnibus
in tribu neptalim. nihil tamē
puerile gessit in ope. Deniqꝫ
cum irent omnes ad vitulos aureos
quos ieroboam fecerat rex israel iste
solus fugiebat consoꝛtia omniū et p
gebat in iherusalem ad templum dñi
et ibi adoꝛabat dñm deum israhel.
℟ Omni tempe benedic deum et pete ab
eo vt vias tuas dirigat Et omni tempe
consilia tua in ipo permaneant. ℣ Me-
mor esto fili qm̄ pauperem vitam geri-
mus habebis multa bona si timueris de
um. Et omni tempe. ¶ Lectio tercia

Omnia pꝛimitiua sua et deci-
mas fideliter offerens ita vt
in tercio anno ꝓselitis ꝛ adue
nis ministraret omnē decimationem
hec ꝛ his similia scdm legem dñi pu-
erulus obseruabat Cum vero fact⁹
esset vir accepit vxoꝛem annā ex tri-
bu sua. genuitqꝫ ex ea filium nomen
suum imponens ei. quem ab infantia
sua timere deum docuit et abstinere
ab omni peccato.
℟ Memoꝛ esto fili quoniam pauperē vi
tam gerimus hebebis multa bona si ti-
mueris deum. ℣ Fiducia magna erit co
ram summo deo elemosina omnibus qui
faciunt eam. Habebis multa. Gloꝛia pa.
Habebis. In secūdo nocturno añ. Be
nedicam dñm. cum aliis. ps Conserua
me. cum aliis. ℣ Media nocte.

Lectio quarta

Bitur cum p captiuitatē deuenisset
cum vxoꝛe sua ꝛ filio in ciuitatē ni
niue cū omni tribu sua et omnes ede
rent de cibis gentiliuꝫ iste custodiuit
animaꝫ suā et nunq̄ cōtaminatus est
in escis eoꝛum.
℟ Sufficiebat nobis pauptas nostra vt
diuicie cōputarētur nunq̄m fuisset pecu-
nia illa pro qua misisti filium nostrum.
Baculum senectutis nostre ℣ Heu me
fili mi vt quid te misimus peregrinari
lumen oculoꝛum nostroꝛū. Baculum.

¶ Lectio quinta

Et qm̄ memoꝛ fuit dñi in toto
coꝛde suo dedit ei dñs grāꝫ in
cōspectu salmanasar regis. et
dedit ei ptātem quocunqꝫ vellet ire.
iret habens libertatē quecūqꝫ facere
voluisset. pgebat eñ p omēs qui erāt
in ciuitate et multa salutis dabat eis
℟ Benedicite deum celi et coꝛam omni-
bus viuentibus confitemini ei Quia fe
cit nobiscum misericoꝛdiam suam. ℣
Tempus est vt reuertar ad eum qui me
misit vos autem benedicite deū. Quia
fecit. ¶ Lectio sexta

Um aūt venisset in rages ci-
uitatem medoꝝ et ex his qui-
bus honoꝛatus fuerat a rege
habuisset decē talenta argenti. et cū
in multa turba generis sui gabelum
egētem videret qui erat ex tribu ei⁹.
sub cirographo dedit illi memoꝛatuꝫ
pondus argenti.
℟ Tempus est vt reuertar ad eum qui
me misit vos autem benedicite deum Et
enarrate omnia mirabilia eius. ℣ Bene

dicite deum celi et coram omnibus viuē
tibus confitemini ei. Et enar. Gloria. Et
enarrare. In tercio nocturno añ Pre
ceptum dñi. cū aliis. ps̄ Celi enar. cum
aliis. v̄ Exaltare. Tres vltime lectiões fi
unt de expõne dñicali. ℟ Adonay dñe de
us magne ⁊ mirabilis qui dedisti salutem
in manu femine Exaudi preces seruorum
tuorum. v̄ Qui regis israel intende qui de
ducis velut ouem ioseph. Exaudi. ℟ Tri
bulatões ciuitatū audiuimus quas passe
sunt et defecimus timor et ebetudo men
tis cecidit sup nos ⁊ sup liberos nostros
ipi merces volunt recipere fugā nostram
Dñe miserere. v̄ Peccauimus cū patri
bus nostris iniuste egimus iniquitatē feci
mus. Dñe. ℟ Benedixit te dñs in vir
tute sua qui p te ad nihilum redegit ini
micos nostros Ut nõ deficiat laus tua de
ore hoim. v̄ Benedictus dñs qui creauit
celum et terrā quia hodie nomen tuū ita
magnificauit Ut nõ. Gloria. Ut non. ps̄
Te deū. v̄ Fiat mi. In laudibus añ.
Regnauit. sola. ps̄ Dñs regnauit. cum
aliis. Cetera fiūt in omnib[9] horis ad mo
dum dñice pcedētis. Añ. sup benedictus ⁊
sup magt et oratio sunt pprie. Regula
si festū sancti firmini cõfessoris feria quar
ta vel quinta aut sexta euenerit dñica in
fra octauas eiusdez ↄfess. agitur de tempe
vt dicatur historia dñicalis scz Si bona
susce. Item si festū pdictum dñica cõtin
gat feria secūda tercia ⁊ qrta sequētibus
fit de tpe cum añ. Inuitato. et hymnis fe
rialibus vt historia Si bona. feriis supra
dictis reformetur qr die dñicali nõ pōt re
formari. et fit de octa. tūmodo memoria
Predicta aūt historia scz Peto dñe. dica
tur die sācti mauricii sociorūqz ei[9]. quorum
officiū dñica cõtingens in crastino eiusdē
dñice reformatur. Et hoc vt historia Pe
to dñe dicatur die dñicali Cuius historie
prima añ. dicitur sabbato infra octa. bea
te marie virginis. Regula quādo festū
sancti mathei in dñica euenerit et necessi
tate historia dñicalis scz Peto dñe. dies[9]
ieiuniorum quatuor temporum videlz feria
quarta sexta ⁊ sabbato ebdoma. pcedenti.
cum inuita. hymnis. ⁊ añ. ferialibus refor
matur qr non pōt in die dñica reformari
Pdicta aūt feria quarta dicetur ad matu.
pprium inuitato. predicte historie scz In
manu tua. more feriali Hec ℟. tria que
sequūtur dicūtur semp ad matuti. vigilie
sancti mathei apostoli. nisi ipa vigilia do
minica cõtingat. et q etiam historia dñi
calis scz Peto dñe. prius fuerit dicta.
℟ Nos alium deū nescimus pter dñm in
quo speramus Qui nõ despiciet nos nec
amouet salutez suā a genere nostro. v̄ In
dulgētiam eius fusis lacrimis postulemus
et humiliemus illi animas nostras. Qui.
℟ Dominator dñe celorum ⁊ terre creator
aquarum rex vniuerse creature tue Exaudi
orationes seruorum tuorum v̄ Qui regis isra
hel intende qui deducis velut ouē ioseph
Exaudi. ℟ Dñe deus qui conteris bel
la ab inicio eleua brachiū tuum super gē
tes que cogitant seruis tuis mala Et de
xtera tua glorificetur in nobis. v̄ Allide
virtutem eorum in virtute tua cadat vir
tus eorū in iracūdia tua. Et dextera. Glo
ria. Et dextera.

Per ebdomadam

Post multum vero temporis
mortuo salmanasar rege cum
regnaret filius eius sennache
rib p eo et filios israel exosos habe
ret in ↄspectu suo. thobias pgebat p
omēm cognatiōem suam ⁊ cõsolaba
tur de facultatibus suis. Esurientes
alebat. nudis vestimenta prebebat et
mortuis atqz occisis sepulturā solici
tus exhibebat. Deniqz cū reuersus
esset rex sennacherib fugiens a iudea
plagam quā circa eū fecerat deus p
pter blasphemiam suā. et irat[9] mul
tos occiderat ex filijs israel. thobias

sepeliebat corpa cor. At vbi nūciatū est regi iussit eū occidi ꝛ tulit omnem substātiam eius Thobias vero cum filio suo ꝛ cū vxore fugiens nudus latuit quia multi diligebāt eum Post dies vero quadragintaquinqꝫ occiderūt regem filij ipius et reuersus ist thobias ad domū suam.omisqꝫ facultas eius restituta est ei. post hec vero cum esset dies festus dñi et factum esset prandiū bonuꝫ in domo thobie dixit filio suo Vade ꝛ adduc aliquos de tribu nostra timētes deuꝫ et epulētur nobiscum. Cūqꝫ abisset reuersus nūciauit vnū ex filijs israhel iugulatum iacere in platea Statimqꝫ exiliens de accubitu suo relinquens prandiū ieiunus puenit ad corpus. Tollensqꝫ illud portauit ad domū suam occulte vt dum sol occubuisset caute sepeliret eum. Cūqꝫ occultasset corpus manducauit panem cū luctu et merore memorans eum sermonem quē dicit dñs per Amos prophetam. Dies festi nostri conuertentur in lamentatiōem et luctuꝫ. Cum vero sol occubuisset abijt et sepeliuit eum. Arguebant autem illum omēs proximi sui dicentes. Jam huiꝰ rei causa interfici iussus es et vix effugisti mortis imperium et iterum sepelis mortuos. Sꝫ thobias plus timēs deum q̄ regem rapiebat corpora occisorum et occultabat in domo sua ꝛ medijs noctibus sepeliebat ea. Contigit autem vt quadam die fatigatus a sepultura veniens domum iactassꝫ se iuxta parietem et obdormisset ꝛ ex nido hyrūdinum illi dormienti calida stercora insilirent super oculos eius fieretqꝫ cecus. hanc autem temptationem permisit dominus euenire illi vt posteris daretur exempluꝫ patientie eius sicut ꝛ sancti iob. Nam cum ab infantia semper deum timuerit et mandata eius custodierit non est contristatus contra deum qđ plaga cecitatis euenerit ei sed immobilis in dei seruicio permāsit agēs gratias deo omnibus diebus vite sue. Sicut enim beato iob insultabant reges ita isti parentes et cognati eius. et irridebant vitam eius dicentes. vbi est spes tua ꝓ qua faciebas elemosinas. et sepulturas. Thobias vero increpabat eos dicens Nolite ita loqui. quoniaꝫ filij sanctorum sumus et vitam illam expectamus quoniaꝫ deus daturus est his qui fidem suā nunq̄ mutant ab eo.

Incipit liber iudith

Arfaxat itaqꝫ rex medorum subiugauerat multas gentes imperio suo et ipse edificauit ciuitatem potentissimam quā appellauit egbathanis. ex lapidibus quadratis ꝛ sectis fecit muros eius in altitudinem cubitorum triginta. Turres vero eius posuit in altitudiēꝫ cubitorum centum. Per quadrum vero earum latus vtrūqꝫ vicenoruꝫ pedum spacio tēdebatur. Posuitqꝫ portas eius in altitudinē turrium et gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui et in gloria quadrigarum suaruꝫ. Anno ergo duodecimo regni sui nabuchodonosor rex assiriorum. qui regnabat in ciuitate niniue magna pugnabat cōtra arphaxat. et obtinuit eum in campo magno qui appellatur ragau circa eufraten et tigrim et yadasan. in campo herioch regis helicorum. Tunc exaltatuꝫ est regnum nabuchodonosor et cor eius elatum est. Et misit ad omnes

qui habitabant in cilicia et dama-
ſco et libano et ad gentes que ſunt
in carmelo et cedar et inhabitantes
galileam in campo magno heſrelon
et ad omnes qui erant in ſamaria et
trans flumen iordanem vſqʒ iheruſa
lem et omnē terram ieſſe quouſqʒ ꝑ-
ueniat ad montes ethiopie. Ad hos
omēs miſit nūcios nabuchodonoſor
rex aſſirioꝝ. qui omēs vno animo cō
tradixerūt ⁊ remiſerunt eos vacuos.
ac ſine honore abiecerūt. Tūc nabu
chodonoſor rex indignatus ad om-
nem terram illam iurauit ꝑ regnum
et ꝑ thronū ſuum ꝙ defenderet ſe de
omnibus. Anno terciodecimo nabu
chodonoſor regis viceſimaſecūda die
menſis primi. factū eſt verbum in do
mo nabuchodonoſor regis aſſirioꝝ
vt defenderet ſe. vocauitqʒ omēs ma
iores omēſqʒ duces bellatores ſuos.
et habuit miſteriū conſilij ſui. dixitqʒ
cogitationē ſuā in eo eſſe vt omēm
terram ſubiugaret imperio. Qḋ di-
ctum cū placuiſſet omibus. vocauit
nabuchodonoſor holofernē princi-
pem milicie ſue et dixit ei. Egredere
aduerſus omne regnū occidentis. et
cōtra eos qui cōtempſerūt imperiū
meū nec parcat oculus tuꝰ omni re-
gno. Tunc holofernes accepto exer
citu multo et omnibus que ſibi neceſ
ſaria erant tranſiuit eufratē ⁊ veni-
ens meſopotamiā fregit omēs ciuita
tes que ibi erant. Cūqʒ vniuerſarū
vrbium ac ꝓuinciaꝝ reges et princi-
pes holofernes ſibi ſubiugaſſet nūci-
atum eſt ei ꝙ filij iſrahel ꝓpararent
ſe ad reſiſtēdum illi. Tunc holofer-
nes ꝑcepit exercitibus vt aſcenderēt
contra bethuliam. Filij autem iſrael
vt viderunt multitudinem illoꝝ pro
ſtrauerūt ſe ſuꝑ terram mittētes cine
rem ſuper capita ſua vnanimiter orā
tes vt deus iſrahel miſericordiā ſu
am oſtenderet ſuper populum ſuum
Factum eſt cum audiſſet iudith vi-
dua relicta manaſſes ꝙ ozias promi
ſiſſet populo iſrahel tranſacto quin-
to die tradere ciuitatem aſſirijs dixit
Et qui eſtis qui temptatis dn̄m Nō
enim quaſi homo deus ſic cōminabit
Et ideo humiliemus ei animas ⁊ di
camus flentes vt ſcḋm volūtatē ſu
am ſic faciat nobis miſericordiam ſu
am Et dixerunt illi ozias et pſbiteri.
ora ꝓ nobis qm̄ mulier ſancta es et
timens deum Ingreſſa igitur iudith
oratorium ſuū induens ſe cilicio po-
ſuit cinerem ſuꝑ caput ſuum et pro-
ſternens ſe clamauit ad dn̄m dicens.
Dn̄e deus pr̄is mei ſimeonis reſpice
caſtra aſſiriorū et contere eos in vir
tute tua et libera ppl̄m tuū iſrael.

¶ Liber heſter

In diebꝰ aſſueri qui regnauit ab
india vſqʒ ethiopiā ſuꝑ cētūvigi
tiquinqʒ ꝓuincias quando ſedit
in ſolio regni ſui. Suſa ciuitas regni
eius exordium fuit. Tercio igit̄ āno
imperij ſui fecit grande cōuiuiū cū-
ctis principibus et pueris ſuis fortiſ
ſimis pſarum et medoꝝ inclitis et ꝑ-
fectis ꝓuinciaꝝ coram ſe vt oſtende
ret diuicias glorie regni ſui ac multi
tudinem et magnitudinem ac iactan
tiam potentie ſue multo tempe. centū
videlicʒ et octoginta diebus. Cumqʒ
implerētur dies cōuiuij inuitauit om
nem populum qui inuentus eſt ſuſis
a maximo vſqʒ ad minimū. et ſeptē
diebus iuſſit cōuiuium ꝓparari in ve
ſtibulo orti et nemoris. qḋ regio cul-
tu et manu conſitum erat. et pende-
bant ex omni parte tentoria aerei
coloris. et carbaſini et iacinctini.

sustentata funibus bissinis atqȝ pur-
pureis. qui eburneis circulis inserti
erant et colūnis marmoreis fulciebā
tur. lectuli quoqȝ aurei ⁊ argētei su-
per pauimētum smaragdine et palio
stratum lapide depositi erāt. qđ mira
varietate pictura decorabat. bibebāt
aūt qui inuitati erāt aureis poculis
et aliis atqȝ alijs vasis cibi inferebā-
tur· vinū quoqȝ vt magnificētia re-
gia dignum erat habūdans et preci-
puū ponebatur. nec erat qui nolētes
cuperet ad bibēdum. sed sic rex statue
rat preponēs mensis singulos de prin
cipibus suis vt sumeret vnusquisqȝ
qđ vellet. Vasthi quoqȝ regina fecit
cōuiuiuȝ feminaꝝ in palacio vbi rex
assuerus manere cōsueuerat. Itaqȝ
die septimo cum rex esset hilarior. et
post nimiam potationem incaluisset
mero. precepit mānan. ⁊ bazaba. ⁊ za
rach. ⁊ charchas. ⁊ arbona· ⁊ baga-
tha. ⁊ abigatha. septeȝ eunuchis qui
in conspectu eius ministrabant vt in
troducerent reginam vasthi corā re
ge. posito suꝑ caput eius diademate.
vt ostenderet cūctis populis ⁊ prin-
cipibus illius pulcritudinē. Erat eñ
pulcra valde· Que renuit. ⁊ ad regis
imperiū qđ ꝑ eunuchos mandauerat
venire cōtempsit. Vnde iratus rex et
nimio furore succensus interrogauit
sapiētes qui ex more regio semper ei
aderant et illoꝝ faciebat cuncta con
silio scientium leges ac iura maiorū.
Erant aūt primi ⁊ ꝓximi. carsena et
sethar ⁊ admatha ⁊ tharsis ⁊ mares
et marsana· ⁊ mamucha. septem du-
ces ꝑsarū atqȝ medoꝝ qui videbant
faciem regis. et primi post eum resi-
dere soliti erant. cui sententia vasthi
regina subiacerat que regis imperiū
qđ ꝑ eunuchos mandauerat facere
noluisset. Respondit mamucha audi

ente rege atqȝ principibus. Non so-
lum regem lesit regina vasthi. sed oēs
populos et principes qui sunt in cun
ctis ꝓuincijs regis assueri. Egredie
tur enim sermo regine ad omnes mu
lieres vt cōtemnant viros suos ⁊ di
cant. Rex assuerus iussit vt regina
vasthi intraret ad eum et illa noluit
atqȝ hoc exemplo omnes principum
cōiuges ꝑsarum atqȝ medorum. ꝑui-
pendent imperia maritoꝝ Vnde regis
iusta est indignatio. Si tibi placet e-
grediatur edictuȝ a facie tua et scri-
batur iuxta legem ꝑsarum ⁊ medorū
quā ꝑterire illicitū est vt nequaq̄ꝫ vl
tra. vasthi ingrediatur ad regem sed
regnum illius altera que melior est il
la accipiat. et hoc in omne qđ latissi
mū est ꝓuinciaꝝ tuaꝝ diuulgetur im
perium vt cuncte vxores tam maio-
rum q̄ꝫ minoꝝ deferant honoreȝ ma
ritis suis· placuit consilium eius re-
gi et principibus.

A dominica ꝓpinquiore kalēdis octobris
vsqȝ ad dñicam ꝓpinquiorē kalendis no
uembris legitur de libro machabeorum
et cantatur historia Adaperiat. ¶ Re-
Si isto mense plures sūt añ. q̄m dñice di
mittatur penultima añ. ⁊ vltimo dicatur
vltia. ¶ Item si festum sancti dionisii so
ciorūqȝ eius dñica eueniat de festo fit ipa
die. Historia vero ꝑdicta cum Inuitato.
hymnis. ⁊ añ. ferialib⁹. feria quarta quin
ta ⁊ sexta seqnētibus in ambiañ. ecclesia
reformatur. Ita tñ ꝙ dicta feria quarta
Ad matu. more feriali dicetur ꝓprium in
uitato. scȝ Venite adoremus. qđ sic est ꝑ
capl'm ordinatum. qꝛ ꝓpter festa nouē le
ctionū in dñica eueniētium nō pōt ꝑdicta
historia in dñica reformari. Item si cō-
memoratio sancti Leodegarii de quo de
nouo fiūt tres lectiōes cum te deū. dñica
eueniat ipsius officium fiet in crastino
eiusdeȝ dñice vt historia dñicalis dicatur

fiūi die q2 aliīs dn̄icis sequētibus nō pōt ꝓpter festa te de. hn̄tia in ipis dn̄icis eue niētia reformari. Et dicūtur an̄. sequētes sup Magt ad memoriā cum orationibus dn̄icaꝝ sequētium. sabbis Ad vespos an̄ Benedictus. cum aliīs. ps̄ Ipsum. cum aliīs. Cap. Deus aūt spei. Hymnus O lux beata. ꝟ Vespertina. an̄ Adaperiat dn̄s cor vestrum in lege sua et in p̄ceptis suis et faciat pacem. ps̄ Magnificat. an̄ Hic est fratrū amator et populi israel hic est qui multuȝ orat ꝓ populo et ꝓ ciuitate sancta iherusaleȝ. an̄ Judas machabeus et ionathas frater eius transierūt iordanem et abierūt viam triū dierum ꝑ desertum. an̄ Da paceȝ dn̄e in diebus nostris q2 nō est alius qui pugnet ꝓ nobis nisi tu deus noster. an̄ Lugebat aūt iudam israhel voce magna et dicebat quomō cecidit fortis qui saluum faciebat populum suū. ps̄ Magnificat. Oratio dn̄icalis qualis debeat dici. Deinde fit memoria de sancta maria vt s̄. Ad completo. super nūc dimittis an̄. Salua nos etc̄. sicut deceȝ. Regula. Si vero in prima dn̄ica isti mensi cōuenienti nō dicatur historia dn̄icalis scȝ Adaperiat. In feriis sequētibus in quibus nō dicetur Te deū. dicātur iste sex lectiōes que sequūtur Et si contigerit in dn̄ica prima p̄dictam historiam dici. in ipa dn̄ica dicātur iste sex lectiones que sequūtur.

Incipit liber primus machabeorum

Et factum est postq̄ ꝑcussit alexāder philippi macedo qui primus regnauit in grecia egressus de terra cethim contra dariū regem ꝑsarum et medoꝝ constituit ꝓlia multa et obtinuit munitiones. et interfecit reges terre. et pertransiuit vsq3 ad finem terre. et accepit spolia multitudinis gentiuȝ ⁊ siluit terra in conspectu eius.

Lectio secūda

Et congregauit virtuteȝ ⁊ exercitum fortem nimis et exaltatum est ⁊ eleuatum cor ei9 nimis et obtinuit regiones gentium. et tirānos. et facti sunt illi in tributum. Et post hec decidit in lectum ⁊ cognouit quia moreretur. Et vocauit pueros suos nobiles qui secum erant nutriti a iuuentute sua. et diuisit illis regnum suū cū adhuc viueret

Lectio tercia

Et regnauit alexander annis duodecim et mortuus est. Et obtinuerūt pueri eius regnuȝ vnusquisq3 in loco suo et imposuerunt sibi omnes diademata post mortem eius et filij eorum post eos ānis multis et multiplicata sunt mala in terra. Et exijt ex eis radix peccatrix anthiochus illustris fili9 anthiochi regis qui fuerat rome obses ⁊ regnauit in anno centesimo et septimo regni grecorum.

Lectio quarta

In diebus illis exierunt ex israhel filij iniqui et suaserunt multis dicētes Eamus et disponamus testamētum cum gentibus que circa nos sunt. q2 exquo recessimus ab eis inuenerunt nos multa mala. bonus itaq3 visus est sermo in oculis eorum et destinauerunt aliqui de populo et abierunt ad regem et dedit illis potestatem vt facerent iusticias gentium.

Lectio quinta

Et edificauerunt ginasium in iherosolimis scd̄m nationes gentium et fecerūt sibi prepucia et recesserūt a testamēto sācto et iuncti sunt nationibus et venundati sunt vt facerent malum. Et paratū est regnum in cōspectu anthiochi et cepit regnare in terra egipti vt regnaret super duo regna.

Lectio sexta

Et intrauit anthioch' in egiptum in multitudine graui in curribus et elephantis et equitibus et copiosa nauiũ multitudine. et constituit bellum aduersus ptholomeum regem egipti. veritus est aũt ptholomeus a facie anthiochi et fugit et ceciderunt vulnerati multi Et comprehendit ciuitates multas in terra egipti et accepit spolia terre egipti Ad matuti. Inuitato. Uenite adoremus dñm Qui fecit nos. ps Uenite exulte. Hymnus Primo dierũ oĩm. In primo nocturno añ. Pro fidei. cũ aliis. ps Beatus vir. cum aliis. ℣ Memor fui nocte.

Lectio prima

Et cõuertit anthiochus postq̃ percussit egiptum in centesimo et quadragesimotercõ anno et ascendit ad israhel. Et ascẽdit ierosolimis in multitudie graui et intrauit in sanctificatõem cũ supbia. ℟ Adaperiat dñs cor vestruʒ in lege sua et in pceptis suis et faciat pacem in diebus vestris. Concedat vobis salutem et redimat vos a malis. ℣ Exaudiat dñs orationes vestras et recõcilietur vobis nec vos deserat in tempe malo. Concedat.

Lectio secũda

Et accepit altare aureum et candelabrum luminis et vniuersa vasa eius. mensam ppositionis et libatoria et phialas et mortariola aurea et velum et coronas. et ornamentum aureuʒ qd in facie templi erat et cõminuit omnia.
℟ Tua est potentia tuũ regnum dñe tu es super omnes gentes Da pacem dñe in diebus nostris ℣ Creator omniũ de' terribilis et fortis iustus et misericors. Da pacem.

Lectio tercia

Cepit quoqʒ anthiochus argentum et vasa concupiscibilia et thauros occultos quos inuenit et sublatis omnibus abijt in terram suam et fecit cedem hominũ. et locutus est in superbia magna. Et factus est planctus magnus in israel et in omni loco eorum.
℟ Refulsit sol in clipeos aureos et resplenduerũt montes ab eis. Et fortitudo gentium dissipata est. ℣ Erat enim exercitus magnus valde et fortis et appropinquit iudas et exercitus eius in prelium. Et fortitudo. Gloria. Et forti. In secũdo nocturno añ Nature genitor. cum aliis. ℣ Media nocte.

Lectio quarta

Et ingemuerũt principes et seniores iuuenes et virgines infirmati sunt et spẽositas mulierum dissipata est. et omnis maritus sumpsit lamẽtum. et que sedebant in thoro maritali lugebant.
℟ Impetum inimicorum ne timueritis memores estote quomõ salui facti sunt patres vestri Et nunc clamemus in celum et miserebitur nostri deus noster. ℣ Memẽtote mirabilium eius que fecit pharaoni et exercitui eius in mari rubro. Et nunc.

Lectio quinta

Et cõmota est terra sup inhabitantes in ea et vniuersa domus iacob induit confusiõem Post duos aũt ãnos dieꝝ misit rex principem tributoꝝ in ciuitates iuda et venit iherusalem cũ turba magna et locutus est ad eos verba pacifica in dolo et crediderũt ei.
℟ Ornauerũt faciem templi coronis aureis et dedicauerunt altare dño Et facta est leticia magna in populo ℣ In hymnis et confessionibus benedicebant dominum. Et facta est.

Lectio sexta

ET irruit super ciuitatē repente et ꝑcussit eā plaga magna et perdidit populum multum ex israel. Et accepit spolia ciuitatis et succendit eam igni et destruxit domos eius et muros eius in circuitu. ⁊ captiuas duxit mulieres ⁊ natos ⁊ pecora possederunt.

℟ In hymnis et cōfessionibus benedicebant dñm Qui magna fecit in israhel et victoriam dedit illi dñs omps. ℣ Ornauerūt faciem templi coronis aureis et dedicauerūt altare dño. Qui mag. Gloria pa. Qui mag. ¶ In tercio nocturno añ. Sponsus. cum aliis. ps Celi enarrant. cum aliis. ℣ Exaltare. Tres vltime lectiones fiunt de expōne dñicali. ℟ Cōgregati sunt inimici nostri et gloriantur in virtute sua contere fortitudinem illoꝝ dñe et disperge illos Ut cognoscant qꝛ non est alius qui pugnet ꝓ nobis nisi tu deus noster. ℣ Disperge illos in virtute tua et destrue eos protector meꝰ dñe. Ut cognoscant. ℟ Dixit iudas simoni fratri suo elige tibi viros ⁊ vade libera fratres tuos in galileā ego aūt et ionathas frater meus ibimus in galaditin Sicut fuerit voluntas in celo sic fiat. ℣ Accingimini et estote filii potentes qm̄ melius est nobis mori in bello q̄m videre mala gentis nostre ⁊ sanctoꝝ. Sicut. ℟ Hic est fratrum amator et populi israel Hic est qui multum orat ꝓ populo et vniuersa sancta ciuitate iherusalem. ℣ Uir iste in populo suo mitissimus apparuit. Hic Gloria. Hic est. ps Te deum. ℣ Fiat misericordia. In laudibus añ. Regnauit. sol i. ps Dñs regnauit. cum aliis. Capi. Benedictus d. Hymnus Eterne rex. ℣ Dñs regnauit. Añ. sup benedictus ⁊ oratio sicut decet. Ad horas Cap. Sana me d. cum aliis. ℟ Inclina cor. cum aliis et cum orōne dñicali. Ad vesperos et ad completo. fit ad modum dñicaꝝ ꝑcedeñ. cum añ. ꝓpria sup Magt et cum oratione dñicali. ¶ Regula. hec aūt tria ℟. que sequūtur dicitur semper ad matuti. in vigilia apostoloꝝ simonis ⁊ iude. nisi ipa vigilia dñica cotingat quia tunc dicitur tota historia dñicalis scꝫ Adaperiat. In eadem vigilia fit de tempe.

℟ Exaudiat dñs orationes vestras et reconcilietur vobis nec vos deserat in tēpore malo. Dñs deus noster. ℣ Adaperiat dñs cor vestrum in lege sua et in preceptis suis et faciat pacem. Dñs. ℟ Cōgregate sunt gentes in multitudine vt dimicent contra nos et ignoramus quid agere debeamus. Dñe deꝰ ad te sunt oculi nostri ne pereamus. ℣ Tu scis dñe q̄ cogitant in nos quomō poterimus resistere ante faciem illorum nisi tu adiuues nos. Dñe deus. ℟ Tu dñe vniuersorum qui nullaꝫ habes indigentiam voluisti tēplum tuum fieri in nobis. Conserua domū istam immaculatam in eternum dñe. ℣ Qui regis israel intende qui deducis velut ouem ioseph. Conserua. Gloria pa. Conserua. ¶ Legenda ꝑ ebdomadam.

ET edificauerūt ciuitatem dauid muro magno ⁊ firmo. et turribus magnis et facta est illis in arcem. Scripsit autem rex anthiochus omni regno suo vt essꝫ omnis populus vnꝰ. Et reliquerūt vnꝰ quisqꝫ legem suam et cōsenserūt omnes gentes scdm̄ verbuꝫ regis anthiochi. Et multi ex illis consenserunt ei et sacrificauerit ydolis et coinquinauerūt sabbatū. Et misit rex anthiochus libros ꝑ manꝰ nūcioꝝ in iherusalem et in omnes ciuitates iudee. vt sequerētur leges gentium terre. et ꝓhiberent holocausta et sacrificia ⁊ placatōnes fieri in templo dei et ꝓhiberent celebrari sabbatum ⁊ dies sollennes. et iussit coinquinari sancta ⁊ sanctū populum israel Iussit quoqꝫ

edificari aras et tēpla .et imolari car
nes suinas et pecora cōmunia. et re/
linquere filios suos incircūcisos. et
coinquinari animas eoꝝ in omnibus
immūdicijs et abhomiationibus ita
vt obliuiscerētur leges ꝛ immutarēt
omēs iustificationes dei. et quicūq;
nō fecissent scđm verbū regis anthi
ochi morerētur. Scripsit etiā rex an
thiochus scđm omīa verba hec om
ni regno suo et pposuit principes po
pulo qui hec fieri cogerent. Et iusse
runt ciuitatibus iude sacrificare. Et
congregati sunt multi de populo ad
eos qui dereliquerūt legem dñi. et fe/
cerunt mala sup terram et effugaue
runt populum israel in abditis et in
abscōditis fugitiuoꝝ locis. die quin
tadecima mensꝰ thasleu. quinto ꝛ.xl.
anno et centesimo āno edificauit rex
anthiochus abhoiandum ydolū de
solatiōis sup altare dei Et p vniuer
sas ciuitates iude in circuitu edifica
uerūt aras et ante ianuas domoꝝ et
in plateis incendebant thura et sacri
ficabant. et libros legis dei combusse
runt igni scindētes eos Et apud quē
cūq; inueniebātur libri testamēti dñi
et quicūq; obseruabāt legē dñi scđm
edictum regis trucidabāt eū. In vir
tute sua faciebant hec populo israel
qui inueniebātur in omni mense ciui
tatibus. Et quinta ꝛ vicesima die mē
sis sacrificabāt sup aram que erat cō
tra altare. Mulieres que circūcide/
bant filios suos trucidabātur scđm
pceptum regis anthiochi Et suspen
debant pueros a ceruicibus p vniuer
sas domos eaꝝ et eos qui circūcide/
rant trucidabant Et multi de popu/
lo definierūt apud se vt non māduca
rent immūda et elegerūt magis mori
q̄ꝫ cibis coinquinari immūdis Et no
luerūt infringere legē dei scām et tru
cidati sunt et factā est ira magna su
per populum valde.

mathathias ppheta

In dieb9 illis surrexit mathathi/
as filius iohannis filij simeonis
sacerdos ex filijs ioarim ab ihe/
rusalem et consedit in monte modin
et habebat filios quinq;. iohannem
qui cognominabatur thasi. et iudas
qui vocabatur machabeus. et elea/
zarus qui cognominabatur abaron
et ionathas qui cognominabatur a/
phus. hi videbant mala que fiebant
in populo iuda et iherusalem. Dixit
autē mathathias Ve mihi vt quid
natus sum videre contritiōem popu
li mei ꝛ contritiōem ciuitatis sancte
et sedere illic cū datur in manus ini/
micoꝝ. sancta in manu extraneoꝝ fa
cta sunt. templum eius sicut hō igno
bilis vasa glorie eius captiua abdu/
ta sunt. Trucidati sunt senes ei9 in
plateis et iuuenes eoꝝ ceciderunt in
gladio inimicoꝝ. Que gens non he/
reditauit regnum eius et non obtinu
it spolia eius. Omnis cōpositio eius
ablata est. Que erat libera facta est
ancilla. Et ecce sancta nostra ꝛ pul/
critudo nostra et claritas nostra de/
solata est et coinquinauerūt eam gē
tes. Quo ergo nobis adhuc viuere.
Scidit itaq; mathathias et filij ei9
vestimēta sua et operuerūt se cilicijs
planxerūtq; valde. Et venerūt illuc
qui missi erant a rege anthiocho vt
cogerent eos qui cōfugerant in ciui/
tatē modin imolare ꝛ accendere thu
ra ꝛ a lege dei discedere Et multi de
populo cōsentiētes accesserūt ad eos
sed mathathias et filij eius cōstan
ter steterūt Respondentes vero qui
missi erāt ab anthiocho dixerūt ma
thathie. princeps ꝛ clarissim9 et ma
gnus es in hac ciuitate et ornatus

filijs et fratribus Ergo accede prior et fac iussum regis sicut fecerūt oms gentes ⁊ viri iuda qui remanserūt in iherusalem. et eris tu ⁊ filij tui inter amicos regis ⁊ amplificatus auro ⁊ argento ⁊ muneribus multis. Et respondit mathathias dixit magna voce Et si oms regi anthiocho obediūt vt discedant vnusquisqȝ a seruitute patrū suoꝝ et cōsentiāt mandatis ei⁹ ego et filij mei ⁊ fratres mei obediemus legi patrū nostroꝝ. Propicius sit nobis deus. non est vtile nobis relinquere legem et insticias dei. vt cessauit autē loqui mathathias verba hec. accessit quidaȝ iudeus in omniū oculis sacrificare idolis sup aram in ciuitate modin scđm iussum regis. et vidit mathathias ⁊ doluit et contremuerūt renes eius. et accensus est furor eius scđm iudiciū legis. ⁊ insiliēs trucidauit eum sup aram. Sed ⁊ virum quē miserat rex anthioch⁹ qui cogebat imolare occidit in ipso tempore et aram destruxit et zelatus est legeȝ sicut fecit phinees zambri filio salomi Exclamauit aūt mathathias voce magna dicens Omnis qui zelū habȝ legis statuēs testamētum exeat post me Et fugit ipe ⁊ filij ei⁹ in mōtes et reliquerūt quecūqȝ habebant in ciuitate Tunc descenderūt multi querētes iudiciū ⁊ iusticiā in desertū vt sederēt ibi ipi et filij eoꝝ ⁊ mulieres eoꝝ et pecora eoꝝ qm̄ indurauerunt sup eos mala.

Incipit liber secūdus machabeorum

Fratribus qui sunt p egiptuȝ iudeis salutem dicūt fratres qui sunt in iherosolimis iudei et qui in regione iudea et pacem bonam. benefaciat vobis deus ⁊ meminerit testamēti sui. qđ ad abraham ⁊ ysaac ⁊ iacob locutus est seruoꝝ fidelium Et det vobis coꝛ omnib⁹ vt colatis eum et faciatis eius voluntatem corde magno et animo volenti. Adaperiat dn̄s coꝛ vestrum in lege sua et in pceptis suis ⁊ faciat pacem Exaudiat orationes vestras et reconcilietur vobis nec vos deserat in tpe malo. Et nūc hic sumus orantes pro vobis regnāte demetrio anno centesimo sexagesimonono. Nos iudei scripsimus vobis in tribulatione ⁊ impetu qui supuenit nobis in istis annis. postqꝫ recessit iason a terra sancta et a regno. portam succenderūt ⁊ effuderūt sanguinem innocētem et orauimus ad dn̄m et exauditi sumus et obtulimus sacrificium et similaginem ⁊ accendimus lucernas et pposuimus panes. et nunc frequētate dies scenophegie mēsis casleu. Anno centesimo octogesimooctauo. populus qui est iherosolimis ⁊ in iudea senatusqȝ ⁊ iudas aristobolo mgr̄o tholomei regis qui ē de genere xpoꝝ sacerdotū ⁊ in his qui in egipto sunt iudeis salutem et sanitatem. de magnis piculis a deo liberati magnifice gratias agimus ipi vtpote qui aduersus talē regem dimicauimus. Ipse enim ebullire fecit de pside eos qui pugnauerūt contra nos et sanctam ciuitateȝ. Nā cum in pside esset dux ipe et cum ipo immensus exercit⁹ cecidit in templo nanee cōsilio deceptus sacerdotis nanee Etenim cū ea habitaturus venit ad locum anthiochus ⁊ amici eius. vt acciperet pecunias multas dotis nomine. Cūqȝ proposuissent eas sacerdotes nanee. ⁊ ipse cum paucis ingressus esset intra ambitūȝ fani clauserunt templum cum intrasset anthiochus apertoqȝ occulto aditu templi. mittentes lapides pcusserunt du-

cem et qui cũ eo erãt ⁊ diuiserũt mẽ
bratim. Et capitibus amputatis fo-
ras ꝓiecerunt. per omnia benedictus
deus qui tradidit impios Facturi er
go quinta et vicesima mensis casleu
purificationem templi necessariũ du
xim⁹ significare vobis vt ⁊ vos quo
q₃ agatis diem senophegie. et diem
ignis qui datus est quando neemias
edificato templo et altari obtulit sa
crificia. Nam cum in ꝑsidem ducerẽ
tur patres nostri sacerdotes qui tũc
dei cultores erant acceptum ignez de
altari occulte absconderunt in valle
vbi erat puteus altus ⁊ siccus. Et in
eo cõtutati sunt eum ita vt omnib⁹
ignotus esset locus. Cum ꝑterissent
autem multi anni et placuit deo vt
mitteretur neemias a rege ꝑsidis ne-
potes sacerdotuz illorum qui abscõ
derant misit ad requirẽdum ignem. ⁊
sicut narrauerunt nobis non inuene-
runt ignem sed aquam crassam Et
iussit eam haurire ⁊ afferre sibi et sa
crificia que imposita erant iussit nee
mias aspergi aqua ⁊ ligna que erant
supposita. atq₃ hoc factum est. Et tẽ
pus affuit quo sol refulsit qui prius
erat in nubilo. accensus est ignis ma
gnus ita vt omnes mirarẽtur. Ora-
tionem autez faciebant omnes sacer
dotes dum cõsummaretur sacrificiũ
ionatha inchoante. ceteris autem re
spondentibus. Neemie autẽ erat ora
tio hunc habens modum. Domine
dñe deus omnium creator terribilis
et fortis iustus et misericors qui so-
lus es bonus rex solus prestans. sol⁹
iustus omniputens ⁊ eternus qui li-
beras israhel de omni malo. qui feci
sti patres electos et sanctificasti eos
accipe sacrificium ꝓ vniuerso popu
lo tuo israhel et custodi pacem tuaz
et sanctifica. Congrega dispersionem
nostram. libera eos qui seruiũt genti
bus. contemptos et abhominatos re
spice vt sciant gentes quoniam tu es
deus israhel. Afflige opprimentes et
contumeliam facientes in superbia.
Constitue populuz tuum in loco san
cto tuo sicut dixit moyses. Sacerdo-
tes autem psallebant hymnos vsque
quo consumptum esset sacrificium.
Cum autem consumptum fuisset sa
crificiũ ex residua aqua neemias ius-
sit lapides maiores perfundi. Qđ vt
factum est flamma ex eis accensa est
s₃ ex luĩe qđ refulsit ab altari ꝯsũpta
est Vt autem manifesta sunt hec re
nunciatum est regi persarum ꝙ in lo
co in quo ignem absconderãt hi qui
translati fuerãt sacerdotes aqua ap-
paruit. de qua neemias et qui cũ eo
erant purificauerunt sacrificia.
Considerans autem rex et rem dili-
genter examinans. fecit ei templum
Et si quibus donauerat multa bona
accipiebat ex hoc et ltribuebat. Ap-
pellauit autem neemias hunc locum
neptar qđ interpretatur purificatio
Vocatur autem apud plures nephi.

A dominica ꝓpinquiore kalendis nouẽ-
bris nisi ꝑ necessitatem aliter fieri opor
teat vsq₃ ad aduentum legũtur Ezechiel
Daniel et ꝓphete duodecim. de quolib₃
aliquãtulum de quibus põt legi de trib⁹
in vna die. Prologus de libro ezechielis
legitur. Alii prologi non legũtur. In quo
liber propheta dicitur hec dicit dñs. exce
ptis daniele et iona In quibus dicitur.
Tu autem. Et canitur historia Vidi dñm
Sabbato ad vespos añ Benedictus. cũ
aliis. ꝑs Ipsum. cum aliis. Capi. De⁹
autem spei. Hymnus O lux beata
trinitas. ℣ Vespertina oratio.

añ Uidi dñm sedentem suꝑ solium excel
sum et plena erat omnis terra maiestate
eius ⁊ ea que sub ipo erant replebant té
plum. ps Magnificat. añ Super mu
ros tuos iherusalem cõstitui custodes to
ta die et tota nocte nõ tacebant laudare
nomen dñi. añ Muro tuo inexpugna
bili circũcinge nos dñe et armis tue po
tentie ꝓtege nos deus israel. añ Qui ce
loꝝ contines thronũ et abyssos intueris
dñe rex regum montes ponderas terram
palmo concludis exaudi nos dñe in gemi
tibus nostris. ps Magnificat. Sequi
tur oratõ dñicalis qualis debeat dici. De
inde memoria de sancta maria. añ Sal
ue regina. ℣ Post ꝑtum. Oratio Fa
muloꝝ. Ad completo. suꝑ nunc dimit
tis añ. Salua nos ⁊c̃. Regula. Si vero
dñica prima isti mensi cõueniente nõ di
catur historia dñicalis scȝ Uidi dñm.
In feriis sequẽtibus in quibus nõ fiunt
nouem lectiões vel tres cum Te deum. di
cãtur iste lectiões que sequũtur Et si con
tingat in dicta prima dñica dici predicta
historia in prima dñica dicantur iste sex
prime lectiones que sequuntur.

Incipit ezechiel ꝓpheta

Factum est in trecesimo anno in quarto in quinta mensis cum essem in medio captiuorum iuxta fluuiũ chobar aperti sunt celi et vidi visiones dei. In quinta mensis ipe est annus quintus trãsmigrationis regis ioachim. Hec dicit.

Lectio secũda

Et factum est verbum dñi ad ezechielem filium busi sacerdotem in terra chaldeoꝝ secꝰ flumen chobar. Et facta est suꝑ eũ ibi manus dñi. et ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone et nubes magna. ⁊ ignis inuoluens ⁊ splendor in circuitu eius.

Lectio tercia

Et de medio eiꝰ quasi species electri. hoc est de medio ignis et ex medio eorum similitudo quatuor animalium et hic aspectus eoꝝ. Similitudo hois in eis. et quatuor facies vni. et quatuor pẽne vni et pedes recti. et planta pedis eorum quasi planta pedis vituli et scintille quasi aspectus eris candentis. Hec.

Lectio tercia

Et manus hominis sub pennis eoꝝ in quatuor ꝑtibus. et facies ⁊ pennas per quatuor ꝑtes habebant iuncteqȝ erant penne eoꝝ alterius ad alteꝝ. Non reuertebantur cum incederẽt sed vnũqdqȝ ante faciem suã gradiebatur. Similitudo autẽ vultus eoꝝ facies hois et facies leonis a dextris ipsoꝝ quatuor. Hec.

Lectio quarta

Et facies eoꝝ et penne extente desuper. due penne singulorum iungebãtur et due tegebant corpa eoꝝ et vnũqdbȝ eoꝝ coraȝ facie sua ambulabat. vbi erat spiritꝰ impetus illuc gradiebantur nec reuertebãtur cum ambularent. Hec

Lectio quinta

Et similitudo animaliũ aspectus eoꝝ quasi carbonũ ignis ardentiũ et quasi aspectꝰ lampadaruȝ. hec erat visio discurrens in medio animaliũ. splendor ignis et de igne fulgur egrediens.

Lectio sexta

Et animalia ibant ⁊ reuertebantur in similitudinẽ fulguris choruscãtis. Cumqȝ aspicerẽ animalia apparuit rota vna super terrã iuxta animalia. habẽs quatuor facies et aspectus rotaꝝ et opꝰ eaꝝ quasi visio maris. Hec dicit

Ad matutinas Inuitatoriũ Laudemus dñm ihesum xp̃m Quia est redẽptor oim

seculoꝝ. ps Venite ex. Hymnus Pri-
mo dierum. añ Pro fidei. cum aliis. ps
Beatus vir. cū aliis. ℣ Memor fui no
cte nois tui dñe ꝛc. ¶ Lectio prima

Et vna similitudo ipaꝝ quatuor et aspectus eaꝝ et opera quasi si sit rota in medio rote. per quatuor ptes eaꝝ eūtes ibant et nō reuertebātur cū ambularēt. Hec
℟ Vidi dñm sedētem sup soliū excelsum et plena erat omnis terra maiestate eius. Et ea que sub ipo erant replebāt templū ℣ Seraphin stabant sup illud sex ale vni et sex ale alteri. Et ea ¶ Lectio secūda.

Statura quoqꝫ erat in rotis. et altitudo et horribilis aspectus. et totum corpus plenū oculis in circuitu ipaꝝ quatuor. Cū qꝫ ambularent aīalia ambulabāt pariter et rote iuxta ea. Hec dicit.
℟ Aspice dñe de sede scā tua et cogita de nobis inclina de⁹ aurē tuā ꝛ audi Aperi oculos tuos et vide tribulationem nostram. ℣ Qui regis israel intēde qui deducis velut ouem ioseph qui sedes super cherubin. Aperi. ¶ Lectio tercia

Et cū eleuarētur animalia de terra eleuabātur simul ꝛ rote Quocūqꝫ ibat spūs illuc eunte spū ꝛ rote pariter leuabātur sequentes eum qꝛ spūs vite erat in rotis. cū eūtibus ibant et cū stantibus stabāt. et cū eleuatis a terra pariter eleuabantur et rote sequētes ea spūs eñ vite erat in rotis. Hec dicit.
℟ Aspice dñe qꝛ facta est desolata ciuitas plena diuiciis sedet in tristicia dña gentiū Non est qui consoletur eā nisi tu deus. ℣ Qui dicūt exinanite exinanite vsqꝫ ad fundamentum in ea filia babilonis misera. Non est. Gloria. Non est. ¶ In secūdo nocturno añ Nature gen. cū aliis. ps Cōserua cum aliis. ℣ Media no.
Lectio quarta

Et similitudo desup caput animaliū firmamenti quasi aspectus cristalli horribilis ꝛ extenti sup capita eoꝝ desup sub firmamento aūt penne eoꝝ recte alteri⁹ ad alteꝝ. vnūqdqꝫ duabus alis velabat corpus suū et alteꝝ similiter velabatur. Hec dicit.
℟ Super muros tuos iherusalem constitui custodes. Tota die ꝛ nocte nō tacebūt laudare nomen dñi. ℣ Qui reminiscimini dñi ne taceatis et non detis silentium ei. Tota ¶ Lectio quinta

Et audiebam sonū alaꝝ quasi sonū aquarū quasi sonū sublimis dei. Cū ambularent quasi sonus erat multitudinis vt son⁹ castroꝝ. Cūqꝫ starent dimittebātur pēne eoꝝ. Nam cum fieret vox sup firmamētum qđ erat sup caput eoꝝ stabant et submittebāt alas suas. Hec
℟ Muro tuo inexpugnabili circūcinge nos dñe et armis potentie tue ꝓtege nos semp. libera dñe deus israel clamātes ad te. ℣ Qui regis israel intende qui deducis velut ouem ioseph. Libera. Le. vi

Et super firmamētū qđ erat imminens capiti eoꝝ quasi aspectus lapidis saphiri similitudo throni. et sup similitudinē throni similitudo quasi aspectus hois desuper Et vidi quasi spēm electri quasi aspectum ignis intrinsecus eius ꝑ circuitum et a lumbis eius vsqꝫ deorsum vidi quasi spēm ignis splendētis in circuitu velut aspectum arcus cum fuerit in nube in die pluuie. hec erat aspect⁹ splendoris ꝑ tigrim. hec visio similitudinis glorie dñi. Hec.
℟ Sustinuimus pacem et nō venit quesiuimus bona ꝛ ecce turbatio cognouim⁹ dñe peccata nostra Non in ꝑpetuū obliuiscaris nos. ℣ Peccauimus cum patrib⁹ nostris iniuste egimus iniquitatē fecim⁹.

Non in tpe. Gloria. Non in. In tercio nocturno añ. Sponsus. cũ aliis. ps Celi enar. cum aliis. ℣ Exaltare dñe. Tres vltime lectiões fiũt de expõne dñicali qualis deat dici. ℟ Misit dñs angelum suũ et cõclusit ora leonũ et non me cõtaminauerũt. Quia coram eo iusticia inuenta est in me. ℣ Misit deus miam suã et veritatem suã aĩam meam eripuit de medio catulo℞ leonũ. Quia. ℟ Angustie mihi sũt vndiq₃ et quid eligā ignoro Melius est mihi incidere in manus hoim q̃m derelinquere legem dei mei. ℣ Si eñi hoc egero mors mihi est si aũt non egero nõ effugiã manus vestras. Melius. ℟ Laudabilis populus quẽ dñs exercituũ benedixit dicens opus manuũ mea℞ tu es hereditas mea israel. ℣ Beata gens cuius est dñs deus co℞ populus electus in hereditatem. Hereditas. Gloria. Heredi. ps Te deũ. ℣ Fiat misericordia. In laudibus añ Regnauit. cũ aliis. ps Dñs reg. cum aliis. Capitu. Benedicimus. Hymnus Eterne rex. ℣ Dñs reg. Sequitur añ sup bñdictus. ⁊ oratio dñicalis Ad horas añ. feriales. Cap. Sana me. cũ aliis. ℟ Inclina cor meũ. cũ aliis cũ oratiõe dñicali. Regula Dñicis diebus dum canitur historia Vidi dñm In laud sup psalmũ bñdicite. dicũtur añ. sequẽtes scʒ añ. Tres in for. in prima dñica. scda aũt dñica scda añ. ac si due alie p alios dies dñicales si fiat de tpe. si vero iste añ. dici nõ valeant omnes dimittãtur.

añ Tres in fornace ignis deambulabant et collaudabant dñm regẽ canẽtas ex vno ore hymnũ dicebãt. bñdictus es de⁹ allꝉa ps Benedicite. añ Non cessabãt ministri regis succendentes flãmas vt scõs dei pueros cõburerent venit de celo tan q̃m spũs roris flantis refrigeriuʒ pstabat sanctis alleluia. ps Benedicite. añ. Caminus ardebãt septies que solebat et pueri tui dñe in medio psallebant. ananias dicebat sanctus deus. Azarias psallebat sanctus fortis. misael voce magna clamabat sanctus ⁊ immortalis allꝉa. ps Benedicite. añ Lux erat in flammis maior q̃m flamma nitebat nam cum tres pueros babilonis nouisset pdere rex vidit iunctum quasi quartũ in quẽ credere dignum est saluator erat quẽ flãma timebat ps Bened. Ad vespe. añ Sede a dextris. cum aliis. ps Dixit dñs. cũ aliis. Capi. Dñs aũt dixi. Hymnus Lucis creator. ℣ Dirigatur. Añ. sup magt et oratio dñicalis sicut decʒ. Deinde fit memoria de quo in crastino fient hore. Ad completo. sup nũc dimittis añ. Salua nos ⁊c. sicut decet.

℟ Redemit dñs populũ suũ ⁊ liberauit eos et venient et exultabũt in monte syon et gaudebũt de bonis dñi sup frumẽto vino et oleo Et vltra non esuriẽt. ℣ A fructu frumenti vini ⁊ olei sui multiplicati sunt. Et vltra. ℟ A facie furoris tui deus cõturbata est omnis terra sed tu domine miserere Et ne facias cõsumationem ℣ Conuerte nos de⁹ salutaris noster. Et ℟ Fluctus tui sup me transierũt et ego dixi expulsus sum ab oculis tuis Putas videbo templũ sanctum tuũ. ℣ Abissus vallauit me ⁊ pelagus cooperuit caput meũ Putas. Gloria. Putas. ℟ Indicabo tibi homo quid sit bonũ aut quid dñs requirat a te Facere iudiciũ et iusticiam et sollicitum ambulare cum deo tuo. ℣ Talibus eñi hostiis pmeretur deus. Facere ℟ Genti peccatrici populo pleno peccatis miserere Dñe deus. ℣ Esto placabilis sup nequicia populi tui Dñe. ℟ Qui celo℞ contines thronũ et abyssos intueris dñe rex regum montes ponderas terram palmo cõcludis Exaudi nos dñe in gemitibus nostris. ℣ Qui regis israel intende qui deducis velut ouem ioseph qui sedes sup cherubin. Exaudi. Glo. Exaudi. Sabbatis ad vespe. sup magt vel ad me-

moriā dicūtur quatuor aā.scȝ Uidi dām et alie quas inueniēs ante historiā cū ora tionibus sequētiuȝ dñicarȝ Si vero quin qȝ dñice isti mensi ȝueniat quia non sunt nisi quatuor sabbis dicēde.quarta aā.bis dicatur.

¶ Regula .si festum omnium sanctorum dñica ȝtingat de octa.fient vii.vt dñica sequēte dicatur histō.dñicalis.q2 aliis do minicis sequētib⁹ ꝑpter octa.sancti mar tini q̄ maiores sunt.et ꝑpter festa scōrū in ipis dñicis euenientia nō pōt comode re formari. Item si festum oīm scōꝝ feria quinta cōtingat dñica sequēte fiat de tpe vt dicatur historia supradcā. q2 aliis dñi cis dici nō pōt. Et fiet de octa.oīm scōꝝ tñmodo memoria in vtrisqȝ vs.matu.ꝛ in missa. Regula. si tēpus ꝑductū sit ab octauis trinitatis vsqȝ ad aduentum dñi Istud officium Si iniquitates.dicatur si necesse sit bis ter vel quater ꝛ oratio do minice vacātis scȝ Deus refugiū.in ipis dñicis vacātibus vel aliqua feria ꝑpin quiore sequēte bis vel ter legatur ista ex positio.Abeūtes pharisei.Et totidem si gnātur de ista expositione lectiones. Ista autem expositio Loquente ihesu ad tur bas.semel legitur in penultima dñica si ue aliqua feria sequente. Ad matuti.sup benedictus vel ad memoriam dicitur aā. Magister scimus.Similiter ad vespe.su per magnificat siue ad memoriaȝ dicitur aā.Reddite cum oratione.Deus refugiū Si vero temp⁹ ita breue sit ꝙ officia do minicalia suis dñicis dici non valeāt duo officia dñicalia dicētur in vna ebdō.et fiet ipa die feria liter de tempe qua dicetur of ficium.cum Inuitato.aā.et hymnis feri alibus Et legatur expositio dñicalis.Ul teriora rñsoria que sunt post historiaȝ.Ui di dominū.dicātur scȝ ℟. Redemit.cum aliis duob⁹.Ita tñ ꝙ historia Uidi dñm prius fuerit dicta sua die. Ad magnificat et ad benedictus dicātur aā.eiusdem do minice ipsa feriali die. Dominica vero vacans vacet Et hoc fiat de penultima dominica id est de vigesima tercia domi nica die feriali ante penultimam dñicam que est ante aduentum. Item si contingat propter breuitatem temporis ꝙ duo offi cia dñicalia per ebdomadam dici nō vale ant officiuȝ vigesime pme dicatur die feriali ante festum beati martini episcopi et confessoris Et fiat de tempore cū In uitato.aā.et hymnis ferialibus.Expositō eiusdem dñice dicatur ℟. Redemit.cum aliis duobus dicūtur Ad benedictus ꝛ ad magnificat aā.eiusdem dñice. cū oratiōe dicūtur.Uigesime vero dñice secūde of ficium sua die dñicali sequente dicatur. Officium autem vigesime tercie domini ce dicatur die feriali ante vltimam domi nicam.et fiat de tempore vt dictum est. Et dicatur alia vltima ℟.Dicta vero hi storia sua die dicitur. Dicūtur ista vlteri ora responsoria feriis supradictis Que si vero sua die priuȝ dicta non fuerit dictis feriis dicūtur istius historie rñsoria nō vl teriora.Si autēȝ breue sit tempus siue ꝑ ductum non dicitur aā.Cum subleuasset. nisi semel. sic et ipsius dominice exposi tio et euāgelium et hoc in vltima domini ca ante aduentum siue expositio domini calis et missa alia feria ebdomade sequē tis reformetur.

Incipit Daniel.et dicitur Tu autem.

Anno tercio regni ioachim re gis iuda venit nabuchodono sor rex babilonis ierusalem et obsedit eam.Et tradidit dominus in manu eius ioachim regem iude et partem vasoꝝ domus dei et asporta uit ea in terrā sēnaar in domū dei sui

Et ait rex affanath ꝓposito eunucho rum suorum vt introduceret de filijs israel et de semine regio et tirannorum pueros in quibus nulla esset macula decoros forma et eruditos omni sapiētia cautos scia et doctos disciplina et qui possent stare in palacio regis vt doceret eos litteras et linguā chaldeorum. Cōstituit eni eis rex annonam p singulos dies de cibis suis et de vino vnde bibebat ipse. et enutriti tribus annis postea starent in cōspectu eius. fuerūt ergo inter eos de filijs iuda. daniel. ananias. misael. azarias. et imposuit eis ꝓposit⁹ eunuchorum noia danieli. balthasar. ananie. sidrac. misaeli misach. et azarie abdenago. Proposuit aūt daniel in corde suo ne pollueretur de mensa regis neqꝫ de vino potus eius. Et rogauit ꝓpositum eunuchorum ne cōtaminaretur. Dedit aūt deus danieli gratiā et misericordiam in cōspectu principis eunuchorum. Et ait princeps enuchorum ad danielem Timeo ego dn̄m meum regem qui cōstituit vobis cibum et potum qui si viderit vestros vultus macilētiores plus ceteris adolescētibus coeuis vestris cōdemnabitis caput meū regi. Et dixit daniel ad malassar quē constituerat princeps eunuchorum sup danielem. ananiam. misaelem et azariam Tempta obsecro seruos tuos diebus decem et dentur nobis legumina ad vescēdum et aqua ad bibēdum et contemplare vultus nostros et vultus puerorum qui vescūtur cibo regio et sicut videris sic facias cū seruis tuis. Qui audito sermone huiuscemodi tēptauit eos diebus decē. Post dies aūt decē apparuerūt vultus eorum meliores et corpulētiores ꝓ omnibus pueris qui vescebātur cibo regio. Porro malassar tollebat cibaria et vinum potus eorum. dabatqꝫ eis legumia. pueris aūt his dedit de⁹ scientiam et disciplinā in omni libro et sapiētiam. danieli aūt intelligentiam omniū visionū et somniorum. Completis itaqꝫ dieb⁹ post quos dixerat rex vt introducerētur. introduxit eos ꝓpositus eunuchorum in cōspectu nabuchodonosor. Cum aūt eis locut⁹ fuisset rex non sunt inuēti de vniuersis tales. vt daniel ananias azarias et misael. Et steterūt in cōspectu regis. et omne verbū sapiētie et intellectus qd sciscitat⁹ est ab eis rex inuenit in eis decuplū super cūctos ariolos et magos qui erāt in vniuerso regno eius

Incipit Osee propheta

Verbum dn̄i qd factum est ad ozee filiū beziri in dieb⁹ ozie ioathan. achas ezechie regum iuda In diebus ieroboā filij ioas regis israel principiū loquendi dn̄m in ozee. et dixit dn̄s ad ozee Vade sume tibi vxorem fornicationū et fac tibi filios fornicationis qꝛ fornicabitur terra a dn̄o. et abijt et accepit gomer filiam de baalim. et concepit et peperit ei filium et dixit dn̄s ad eum. voca nomen eius iesrael sup domū hiru et quiescere faciā regnū domus israhel et in die illa ꝯterā arcū isrl' in valle iesrael. et ꝯcepit adhuc et pepit filiā et dixit ei voca nomen eius absqꝫ misericordia. quia non addam vltra misereri domui israel sed obliuiōe obliuiscar eorum. et domui iuda miserebor et saluabo eos in domino deo suo Hec dicit.

Iohel ppheta

Verbum dn̄i qd factum est ad iohel filium fatuel. audite hoc senes et auribus ꝑcipite om̄s habitatores terre. Si factum est istud in diebus vestris aut in diebus patrum

vestrorum. sup hoc filijs vestris narrate et filij vri filijs suis. filij eorum generationi altere. residuum eruce comedet locusta. et residuum locuste comedet bruchus. et residuum bruci comedet rubigo Expergiscimini ebrij et flete et vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine quoniam perijt ab ore vestro. Gens enim ascendet sup terram meam fortis et innumerabilis. Dentes ei⁹ vt dentes leonis. et molares vt catuli leonis. Posuit vineam in deserto et ficum meam decorticauit. ¶ Amos propheta

Verba amos qui fuit in pastoralibus thecue que vidit sup israhel in diebus ozie regis iuda. et in diebus ieroboam filij ioas regis israel ante duos annos terremot⁹. et dixit dominus. de syon rugiet et de iherusalem dabit vocem suam. et luxerunt speciosa deserti et exsiccatus est vertex carmeli. hec dicit dominus. Sup tribus sceleribus damasci. et sup quatuor non conuertam eum eo quod triturauerunt in plaustris ferreis galaad. et mittam ignem in domum azahel et deuorabit domos benadab et conteram vectes damasci et disperdam habitatores de campo ydoli. et tenentem sceptrum de domo voluptatis et transferetur popul⁹ syrie cyrenen dicit dominus. hec dicit dominus. Super tribus sceleribus gazee et sup quatuor non conuertam eum eo quod transtulerit captiuitatem perfectam vt concluderet eam in ydumeam et mittam ignem in murum gaze et deuorabit edes eius et disperdam habitatorem de azoto et tenentem sceptrum de ascalone et conuertam manum meam sup acharon et peribunt reliquie philistinorum dicit dominus.

Incipit abdias

Visio abdie. hec dicit dominus de⁹ ad edom. Auditum audiuimus a domino et legatos ad gentes misit Surgite et consurgamus aduersus eum in prelium Ecce paruulum te dedi in gentibus. contemptibilis tu es valde. Superbia cordis tui extulit te habitantem in scissuris petre exaltantem solium tuum qui dicis in corde tuo Quis detrahet me in terram. si exaltatus fueris vt aquila et si inter sidera posueris nidum tuum inde detraham te dicit dominus. ¶ Incipit Jonas Et dicit Tu autem.

Sancti et iusti. cum aliis. ℟ Letam ui
ni in. cum aliis et cum alleluia. oratio
Quesumus omnipotens deus. Re-
gula Si hoc festum dominica eueniat de
festo fiunt nouem lectiones p̄pter domi
nicam de qua fit memoria. post memoriaz
octauaꝝ in vtrisq3 ℣s. matuti. et in mis-
sa. Sex prime lectiones fiunt de passiōe
ipsorum super scripta. et tres vltime le-
ctiones de expositione dominicali. Sex
prima responsoria de comuni plurimorū
martirum. ita tamen q̄ responsoriū Pro
pter testamentum. erit sextum. Tria vlti
ma responsoria Isti sunt duo viri. cum
aliis duobus de historia. p̄s Te deum di
citur. cetera fiunt vt supra. In vltimis
vesperis fit de ipis tantūmodo memo-
ria. quia de inuentione sanctorum iustia
ni sociorumq3 eius fiunt vesperi.

Sabbato vt dictum est fiunt vesperi
de sancto elgio. non de sanctis que pro
pter dominicam habent nouem lectiones
sed de ipis fit memoria. deinde de sancto
iohanne et de dominica. Ad matuti. Re
gem martirum. Hymnus Eterna xp̄i
an̄ Nouit dominus. cum aliis. in tribus
nocturnis.
Regula si hoc festum infra octa. sacra-
menti eueniat secūda die post octa. apo-
stolorum Petri et Pauli ipsorum officiuz
reformabitur. De martiribus fiet memo
ria in primis vespis solūmodo. Tunc ad
matuti. dicitur Inuitatorium Venite a
doremus. Ad horas an̄. laud. in ordine si
ne alleluia. Ultimi vespi fiunt de marti
ribus hoc modo Super psalmos diei an̄.
Johannes et paulus. vna de laudibus.
Capitulum Sancti et iusti. Hymnus
Sanctorum meritis. ℣ Letamini.
Super magnificat an̄. Isti sunt due oli
ue. Oratio Quesumus omnipotens
deus. Sequitur memoria. de quo in cra
stino debent hore fieri. Ad completo.
super nunc dimittis an̄. Salua nos dn̄e.
Item si contingat hanc diem dominica

euenire fiet ad matuti. sicut dictum est si
p̄dictum festum dominica eueniat. exce-
pto ꝙ ad matuti. dicetur inuitatorium.
Uenite adoremus. Item si octa. die sa-
cramenti hoc festuz euenerit similiter fi
et: sed ipa die octaua post vltimos vespe
ros sacramenti integre dictis incipitur
℟. Ambigere. ⁊ dicitur ℣. cum gloria pa
tri. Hymnus Sanctorum meritis. ℣
Letamini. aū Speciosus. tota ante. ps
Magnificat. oratio Deus qui san-
ctorum. Per xp̄um. Deinde fit memo
ria de octa. beati iohannis baptiste. Itez
si in crastino octa. sacramenti hoc festum
eueniat ipius officium reformabitur in
crastino octa. apostoloꝝ petri et pauli.

¶ De inuentione sanctoꝝ fustiani socio
rumq̄z eius fit paruū dupluz. Ad vespos
super psalmos diei. aū Bis quōdam seni
roma venere patroni gallorum populis
depromere, iussa tonantis. non dicūtur in
tegre ante psalmos. aū Quos fustianus
celebs interfuit vnus ⁊ victoricus socia
deitate refertur. aū Cūq̄z dei cuperent
quintino munia fari vinclis p̄fecti nexan
tur rixionari. aū. Preconiis plures xp̄o
sancere vacantes optatuz infirmis robur
cedendo cateruis. aū Addicti penis ocu
lorum luce priuati verticibus pleris pal
mam meruere triūphi. Capitulū. San
cti et iusti. ℟ Ambigere. Hymnꝰ San
ctorum meritis. ℣ Letamini. aū Spe
ciosus splendens xp̄e in omnipotētia qui
sanctorum extas decus ⁊ fomes sensificꝰ
fustiani nobis atq̄z victorici martiꝝ gē
ciani quiq̄z donas celebrare premium pe
timus iporum vt nos munias suffragio
quorum tibi preciosa complacuit inuen-
tio. tota ante. ps Magnificat.

¶ Oratio

Deus qui es sanctorum tuorū splendor mirabilis quiq̄z ho-
dierna die beatorum martirū
tuorum fustiani victorici atq̄z gēcia
ni inuentionem gloriosam reuelasti.
da nobis in eterna leticia de eorum
societate gaudere. Per dn̄m.
Sequitur sanctorum Johannis ⁊ Pauli
martirum memoria. aū Iste sunt due oli
ue et duo candelabra lucentia ante domi-
nū habent potestatem claudere celū nu
bibus et apire portas eius quia lingue
eorum claues celi facte sunt. ℣ Exultent
iusti. Oratio Quesumus omnipotēs
deus. Deinde fit memoria de octa. san-
cti iohannis baptiste. aū Ecce deci. ℣
Fuit homo. Oratio Concede quesumꝰ
omnipotens deus. Ad completo. sup
nunc dimittis aū Lucem tuam. Ad ma
tuti. Inuitatorium Christum suppliciter
regem regū veneremur Qui donat san
ctis premia digna suis. ps Venite ex.
Hymnꝰ Eterna xp̄i. aū Nouit dn̄s cū
aliis. et cum psalmis de cōmuni plurimo
rum martirum in tribus nocturnis. ℣
Scuto bone.

¶ Lectio prima.

Factum est ergo procul longo post tempore tandem vt sup-
nus voluit rector corpa san-
ctorum fustiani victorici et gēciani
martirum que duduum ignoto tegebā
tur sepulchro propter miraculorum
insignia patefecit in mundo
℟ Absterget deus omnem lacrimam ba
oculis sanctorum.

¶ Lectio secunda

Lupicinus igitur ambianensis vrbis presbyter virtute lau-
dabilis cum sedule nocturnis
temporibus vigilijs excubaret iam
q̄z factis canoribus cum se sopori de
disset angelus domini per visum ap-
paruit ei.
℟ Uiri sancti gloriosum sanguinem fu-
derunt pro christo.

Lectio tercia

Et dixit ei angelus Lupicine presbyter surge et vade ad locum quem tibi indicauero et inuenies criptam obtectam nemoribus in qua gecianus martir subijt sepulturam et in eadem cripta inuenies corpa sanctorum fustiani et victorici martirum.

℟ Gloriosi martires christi fustianus et victoricus cum quibusdam sanctis comitibus roma egressi. Parisius vrbē gallie peruenerunt. ℣ Ibi superno eos illustrante spiritu loca in quibus singuli predicarent elegerunt. Parisius. Gloria pa.

Lectio quarta

Cumqz lupicinus euigilasset a somno timore perterritus raptim apprehenso sarculo perrexit ad locum qui ei fuerat ab angelo predictus.

℟ Sancti tui domine mirabile consecuti sunt iter seruientes.

Lectio quinta

Cumqz fodere cepisset sarculo et condensam terre molem manu excineret illico criptaz et sanctorum martirum corpora que querebat inuenit.

℟ Uerbera carnificum non timuerunt sancti dei morientes.

Lectio sexta

Presertim alacri exultatione cordis repletus cepit flere pre gaudio et prece supplici aiebat dicens Gratias ago tibi domine ihesu christe qui per me famulum tuum indignum scilicz sacerdotem preciosa corpora sanctorum tuorum fustiani victorici et genciani martiruz dignatus es declarare.

℟ Per hos sanctos suos christus dominus dignatus est prebere miracula Ut p eorum suffragia membra hominū debilia roboraret. ℣ Ieiuniis atqz orationibus instanter diebus atqz noctibus a dei laudibus non cessabant. Ut per eorum. Gloria patri. Ut per eorum.

Lectio septima.

Oratione vero completa Lupicinus antham in laudibus sanctorum martirum tripudians cepit canere Sanctus igitur honoratus tunc temporis ambianensiū vrbis antistes cum ex more sacrosancte eccie deo hostias imolaret a quinto miliario vrbis lupicinum presbyterum antiphonam canētem audiuit

℟ Propter testamentum domini et leges paternas ideoqz steterunt in amore fraternitatis. rc.

Lectio octaua

Qui mox pastorali indagatione sollicitus cepit perquirere quam in ptem lupicinus presbiter abisset Adhuc eo inquirēte idē vero venerabilis lupicinus aduenit.

℟ Sancti mei qui in isto seculo certamen habuistis. rc.

Lectio nona

Ad quem sanctus honoratus pōtifex ait. frater lupicine. quonam cause extitit q te ardui modulaminis sono resultantem audiui. Tunc lupicinus presbyter vt locum abditum parumper incederent poposcit et que gesta fuerant enarraret.

℟ Ambigere debet mens nulla in talib[9] actis corporibus functis potuit quia reddere gressum. Qui super equoreos petro dedit ire tumores. ℣ Omnia quecumqz voluit dominus fecit in celo ⁊ in terra in mari et in omnibus abissis. Qui sup. Gloria patri. Qui super. ps Te deum lau.

℣ Exultabunt sancti.

In laudibus añ Preses ait sanctis attu tum dicite cuius estis cultores numinis atqz dei. ps Dñs regnauit. añ Nos aũt p̃rez qui verbo cũcta creauit firma uit sacro flamine quiqz suo credimus et veneramur. ps Jubilate. añ Sanctis tũc ocłos frustrauit p̃sidis ira clauis igni tis antra rigãs capitũ. ps Deus deus meus. añ Gaudebãt sancti sese ꝑ noie xp̃i affligi penis suppliciisqz mori. ps Bened. añ Corripiẽs tunc tela manu mauortia p̃ses trãsfodit scõs atz necauit eos virtutibus sectis. ps Laud. Capi. Sancti ⁊ iusti. Hymnus Rex glori. ℣ Iustoꝝ aie. añ Presul honoratus no mine ⁊ merito ac nobilitate tãte nobili tatis munere meruit honorari vt scõruz iustiani victorici ⁊ genciani corpa inue niret. ps Benedictus.tota ante. Oro De⁹ qui es. Sequitur memo. de octa. sancti iohãnis baptiste. añ Dñs ab vte ro. ℣ Fuit homo. oro Cõcede qs. Ad horas añ.laud.in ordine. Capi. Sancti ⁊ iusti.cũ aliis. ℟ Letamini cũ aliis.⁊ cũ allła. oro Deus qui es. Regula. Si hoc festũ dñica euenerit de festo fit vt di ctũ est.et memo.de dñica in vtrisqz ℣s. matu.et in missa post memo.octa.sancti iohãnis bap.sed tñ ad matu.in trib⁹ vl timis lec.legetur.Expõ dñicalis. Cetera fient vt s. Item si hoc festũ dñica in fra octa.sacramẽti eueniat de festo fit vt dictum est.et memo.de dñica.in vtrisqz ℣s.matu.⁊ in missa.post memo.octa.sa cramẽti et beati iohãnis bap. Expõ ve ro feria quarta sequẽte reformabitur q̃ feria fient sex prime lec. de btõ paulo.⁊ tres vltime de expõne dñicali. Itez qua cunqz die etiam sacramenti hoc festum e ueniat de festo fiet officium et memoria de octa.sacramenti et beati iohannis ba ptiste. Item si die octa.sacramenti eue niat ipsius officium feria sexta sequente reformabitur videlicz vigilia apostoloꝝ petri et pauli in qua fiunt nouem lectio nes.sex prime de inuentione predicta.et tres vltime de expositione vigilie. Fe ria quinta p̃cedente ℣s.sacramẽti inte gre dictis incipitur ℟ Ambigere.Et di citur versus responsorii cum Gloria pa. sicut dictum est si dies octa.die sanctoruz iohannis et pauli contingat.

In vltimis ℣s añ Corripiens.sola su per psalmos dici. Capitulum Sancti et iusti. Hymnus Sanctorum meri tis. ℣ Letamini in domino. añ Tibi christe semper extet laus ⁊ iubilatio iusti ani victorici genciani pariter hodie qui nos letari concedis inuentõne.tota ante ps Magnificat. Oratio Deus qui es sanctorum. Sequitur memoria de octa.sancti iohannis. añ Posuit os. ℣ Fuit homo. Oratio Cõcede quesum⁹ Ad completoriũ super nunc dimittis añ. Lucem tuam.⁊c.

In vigilia apostolorum petri ⁊ pauli Ad matutı.fit hoc modo de octa. sancti iohannis baptiste Inuitatorium Regez p̃cursoris dñm. ps Venite.Hymnus. Vt queant.que diuiditur vt supra. añ. Priusquã te formarem.sola super nouez ps.de festo.℣ Voce mea.

¶ Scdm iohannem.

In illo tempe. Dixit ihesus simo ni petro Simon iohãnis diligis me plus his.dixit ei.etiam dñe tu scis quia amo te.dicit ei. pasce oues meas.Et reliqua.

Omelia venerabilis bede presbyteri

Virtutẽ nobis p̃fecte dilectio nis p̃ns sancti euãgelij lectio cõmendat.perfecta eteniz dile ctio est qua deũ ex toto corde.tota a nima.tota virtute p̃rimũ tanq̃ nos ipos diligere iubemur. ℟ Fuit homo

Lectio secũda

Et neutra harum dilectio sine altera valet esse perfecta quia nec deus vere sine proximo. nec sine deo vere pôt proximus amari. vñ dñs totiens interrogato petro an se diligeret et illo rñdente qđ eum ipso teste diligeret adiūgebat p singula ita concludens ꝑpasce oues meas siue agnos meos. ℟ Elizabeth. ¶ Lectio .iii.

Ac si aperte diceret. hec sola est vera est probatio integri in dominū amoris si erga fres studueris curā soliciti exercere laboris ℟ Priusquā te. ps Te deū. ℣ Iustus ger. In laudibus añ Elizabeth. sola. ps Dñs reg. cum aliis. Capi. Audite insule. Hymnus Antra deserti. ℣ Fuit homo añ Formans me. vel alia. ps Benedictus. oro Concede qs. Nulla fit memo. nisi sit dñica. Ad horas añ. laud. in ordine. Capi. Audite insule. cum aliis. ℟ Gloria et honore. cum aliis et cū alla. oro Cōcede qs ¶ Regula. si hec vigilia dñica eueniat hoc mō fiūt nouē lectiones pp̄ter dñicam de qua fit memo. in vtrisqȝ ℣s. matu. et in missa. Ad matuti. Inuitato. Regem pcurso. Hymnus Ut queant. añ Priusquā te. cū aliis de ppria in tribus nocturnis et cū ℣. Le. i.

Beatus iohannes a spū sancto in maiorum suorum titulis pdicatur nō tam de veteribus cōsecuturus laudeȝ q̄ȝ vt magis in exemplum cresceret dum nouis virtutibꝰ antiquorum supat dignitatem. felix parentum meritum felicior suis.

℟ Fuit homo. cū aliis in ordine. Le. ii

Ac huius itaqȝ parētibus eloquia diuina testātur de zacharia sacerdote grādeno et elizabeth matre eius q̄ sterilis cōsenuerat

¶ Lectio tercia

Erant autem iusti ambo ante deum incedētes in omnibus mandatis dñi sine querela et non erat ei filius eo qđ esset elizabeth sterilis et ambo pcesserant in diebus suis.

¶ Lectio quarta

Cum autem angelus zacharie apparuisset in templo stans a dextris altaris incensi turbatꝰ est zacharias videns et timor irruit super eum.

¶ Lectio quinta

Sit autem angelus ad eū. Ne timeas zacharia. qm̄ exaudita est oro tua et vxor tua elizabeth concipiet. et ℞. et spū sancto replebitur adhuc ex vtero matris sue.

¶ Lectio sexta

Quis est iste cū nōdum nasceretur iam in vtero sanctificatur. Benedictiōem princꝫ lucem pcipit. Gratiam cōsequitur anteq̄ȝ vitam et qđ maximū angelo nūciante pmittitur.

Tres vero vltime lectiones fiūt de expositione vigilie supradicte scȝ Dixit ihesus simoni petro. ps Te deū. ℣ Iustus germinabit. In laudibus añ Elizabeth sola. ps Dñs reg. cum aliis. Capi. Audite. Hymnus Antra deserti. ℣ Fuit homo. añ Innuebant patri. ps Benedictus. oro Cōcede qs. Sequitur memoria de dñica. Expositio vero dñicalis et missa vsqȝ ad feriam terciā sequētem reseruātur videlicȝ die cōmemorationis sancti pauli. in qua tūc fient sex prime lectiones de passione illius. et tres vltime de expōne dñicali. Ipsa dñica dicitur ad horas añ. laud. in ordine. Capi. et ℟. vt s̄ Regula Si hec vigilia infra octa. sacramenti eueniat de octa. sacramēti fiūt hore. et de octa. beati iohānis baptiste memoria. Ad matu. legitur expō de vigilia Item si die octa. sacramenti eueniat die octa. fiūt hore et memoria de octa. beati iohannis baptiste. Ad matu. fiunt sex prime lectiones de octa. sacramenti. et tres

vltime de expōne vigilie. vltimi vs' nō fi
unt de octa. sacri. sed de btō petro aposto
lo. in quibus fit primo memo. de octa. sa
cramēti. deinde de scō iohāne baptista

¶ In festo sancti petri apostoli fit ma-
gnū duplū sine cū eo Ad vs sup ps̄ dici di
cūtur añ. sequētes. ¶ añ. Quem dicunt
hoīes esse filiū hoīs dixit ihesus discipu
lis suis. respōdens petrus dixit tu es xp̄s
filius dei viui. et ego dico tibi q2 tu es pe
trus et sup hanc petrā edificabo ecclesiā
meā. integre dicātur ante ps̄. añ. Petrus
ad se reuersus dixit nunc scio vere q2 mi
sit dñs angelū suū et eripuit me de manu
herodis et de omni expectatione plebis
iudeoꝝ. añ Dñe si tu es iube me veni-
re ad te sup aquas. et extēdēs ihesus ma
num suā apphendit eū ⁊ dixit ihesus mo
dice fidei quare dubitasti. añ Cūq3 vi-
disset ventū validū veniētem timuit et
cū cepisset mergi clamauit dicens dñe sal
uū me fac. añ Solue iubēte deo terrarū
petre cathenas qui facis vt pateāt cele-
stia regna beatis. ¶ Capitulum

Petrus ad se reuersus dixit nūc
scio vere q2 misit dñs angelū
suū et eripuit me de manu he
rodis et de omni expectatione plebis
iudeoꝝ. deo gratias.

℟ Cornelius cēturio vir religiosus ac ti
mens deū vidit manifeste angelū dei di-
cētem sibi. Corneli mitte ⁊ accersi simo-
nem qui cognominatur petrus hic dicet
tibi quid te oporteat facere ℣ Dū orass3
cornelius nōdu3 in xp̄o renatus apparuit
ei angelus dicēs Corneli. Gloria patri.
Corneli. ¶ Hymnus

Aurea luce ⁊ decore roseo lux
lucis omne pfudisti seculū de
corans celos inclito martirio
hac sacra die que dat reis veniā a
nitor celi doctor orbis pariter iudi-
ces secli vera mūdi lumia p crucem
alter. alter ēnse triūphans vite sena-
tum laureati possident. Nam bone
pastor petre clemens accipe vota pre
cātum ⁊ peccati vincula resolue tibi
potestate tradita qua cūctis celū ver
bo claudis aperis. Doctor egregie
paule mores instrue et mente polum
nos transferre satage donec pfectum
largiatur plenius euacuato qd ex p-
te gerimus. Oliue bine pietatis vni
ce fide deuotos spe robustos maxime
fonte repletos caritatis gemine post
mortē carnis impetrate viuere. Sit
trinitati sempiterna gloria honor po
testas at3 iubilatio in vnitate cui ma
net imperium extunc et modo p eter
na secula Amen. ¶ ℣ In omnem ter
ram. añ Beatus petrus apostolus vidit
sibi xp̄um occurrere adorans eum ⁊ ait
dñe quo vadis venio romam iteꝝ cruci
figi. tota ante. ps̄ Magt. Oratio

Deus qui hodiernam...

Presta qsumus omp̄s deus:
vt nullis nos pmittas pertur
bationibus concuti quos in a
postolice confessionis petra solidasti
Per dñm.

De octa. sancti iohannis baptiste fit me
moria. añ Reges videbūt. ℣ Fuit ho
mo. Oratio Concede. Ad completo.
super nunc dimittis añ Lucē t. Ad ma
tuti. Inuitato. Tu es pastor ouium prin-
ceps apostoloꝝ Tibi tradite sunt claues
regni celoꝝ. ps̄ Venite exultemus.
Hymnus Eterna xp̄i. añ In plateis
ponebātur infirmi in lectulis vt venien
te petro saltem vmbra illius obumbra-
ret quēq3 illorum et liberarētur ab in-
firmitatibus suis. ps̄ Celi enarrant.
añ Ait petrus principibus sacerdotum
ihesum quem vos interemistis suspendē
tes in ligno hunc deus suscitauit et prin
cipem ac saluatorem exaltauit ad danda3
penitētiam in remissionem peccatorum.

ps. Benedicam. an. Petrus apostolus dixit paralitico enea sanet te dns ihesus christus surge et sterne tibi qui continuo surrexit et omnes qui viderant conversi sunt ad dnm. ps Eructavit. V In omnem terram.

Lectio prima

Temens nero cum iudeorum bello afflictam romam exercitus validaque manu cognovisset adversus xpianos insurrexit ut ei debitus finis appropinquaret.

R Simon petre antequam de navi vocarem te novi te et super plebem meam principem te constitui Et claves regni celorum tradidi tibi. V Quecunque ligeveris super terram erit ligatum et in celis. et quodcunque solveris super terram erit solutum et in celis. Et claves. Gloria. Et claves

Lectio secunda.

Erant tunc temporis rome petrus et paulus doctores xpianorum qui virtute suorum operum neronem adversum fecerant captum magi simonis deliramentis

R Si diligis me simon petre pasce oves meas domine tu nosti quia amo te Et animam meam pono pro te. V Si oportuerit me mori tecum non te negabo. Et a.

Lectio tercia

Qui neroni adiumentum victorie subiectionem gentium vite longevitatem salutis custodiam feralibus artibus pollicebatur. Apud quem nero summum tenebat amicicie locum presulem sue salutis viteque custodem arbitrans.

R Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam et porte inferi non preuleabunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni celorum. V Quodcunque ligaveris super terram erit ligatum et in. celis. Et tibi dabo claves. Gloria. Et tibi

In secundo nocturno an. Factum est ut quedam discipula nomine thabita plena operibus bonis et elemosinis infirmata moreretur miserunt autem discipuli ad petrum rogantes ne pigriteris venire usque ad nos. ps Omnes gentes. an. Adveniente petro circumsteterunt eum omnes vidue flentes et ostendentes tunicas et vestes quas faciebat illis dorchas. ps Exaudi deus deprecationem. an. Ponens petrus genua sua oravit et conversus ad corpus dixit thabita surge. at illa aperuit oculos et viso petro resedit dansque illi manum erexit eam et sanctis ac viduis assignavit vivam. ps Exaudi deus ora V Dedisti hereditatem.

Lectio quarta

Sed ubi petrus eius vanitates dexerit et simon in aliis partibus terrarum petri esset expertus potentiam. tamen simon perveniens romam ausus est se iactare quod mortuos suscitaret.

R Domine si tu es iube me venire ad te super aquas. Et extendens manum apprehendit eum et dixit ihesus modice fidei quare dubitasti V Cumque vidisset ventum validum venientem timuit et cum cepisset mergi clamavit dicens domine salvum me fac Et extendens manum. Gloria patri. Et extendens.

Lectio quinta

Ipso tempore erat defunctus rome quidam adolescens nobilis propinquus cesaris. ubi cum multa turba populorum advenisset scissitabantur invicem si esset aliquis qui posset mortuum suscitare Tu autem.

℟ Surge petre et indue te vestimentis tuis accipe fortitudinem ad saluãdas gentes Quia ceciderũt cathene de manibus tuis. ℣ Angelus dñi astitit et lumen refulsit in habitaculo carceris ꝑcussoq₃ latere petri excitauit eum dicens surge velociter. Quia. Gloria. quia. ¶ Lectio vi.

Aceruentum est ad petrum. fuere qui etiam simonē accersiendum peterēt. Et vterq₃ affuerunt. Ait petrus simoni vt si posset mortuum suscitaret.

℟ Tu es pastor ouiũ princeps apostolorum tibi tradidit deus omnia regna mũdi. Et ideo tradite sunt tibi claues regni celoꝝ. ℣ Quodcũq₃ ligaueris. vt s. Et ideo Gloria. Et ideo. In tercio nocturno añ Cornelius centurio vir religiosus ac timens deum vidit manifeste angelum dei dicētez sibi. corneli mitte et accersi simonem qui cognominatur petrus hic dicet tibi quid te oporteat facere. ps̄ Confitebimur. añ Aperiens petrus os suuz dixit in veritate compi qm̄ nō est ꝑsonarum acceptor deus sed in omni gēte qui timet deum et operatur iusticiam acceptus est illi. ps̄ Dñs regnauit. i. añ Adhuc loquēte petro cecidit spũssanctus sup omnes qui audiebãt verbum ⁊ erãt loquentes linguis et magnificãtes deum. tũc petrus iussit eos baptisari in nomīe dñi nostri ihesu xp̄i. ps̄ Dñs reg. ii. ℣ Annũciauerũt opera d. ¶ Scd̄m matheum.

In illo tempe Venit ihesus in ꝑtes cesaree philippi et interrogauit discipulos suos dicens. Quē dicũt homines esse filiũ hois. Et re.

Omelia venerabilis bede

Lectio sancti euãgelij quã mō fratres audistis tanto cogitãdu intentius ac sine obliuione est iugiter retinēda. quãto constat q꞉ magnam nobis fidei ꝑfectionem cōmendat magnũ ei ı̄sdem ꝑfecte fidei cōtra omīa temptamēta robur eque demonstrat.

℟ Quem dicunt hoīes esse filium hominis dixit ihesus discipulis suis respondens petrus dixit tu es xp̄s filius dei viui Et ego dico tibi. quia tu es petrus et super hanc petram edifitabo ecclesiã meam. ℣ Beatus es simon bariona quia caro ⁊ sanguis non reuelauit tibi sed pater meus qui est in celis. Et ego. Gloria. Et.

¶ Lectio octaua

Si enim scire volumus quomodo in xp̄um credi oporteat quid lucidius eo qd̄ ait ad eũ petrus tu es xp̄us fili⁹ dei viui Rursus si audire delectat quãtum hec fides valeat quid aptius eo qd̄ ait dñs de ecclesia que super eum edificanda erat et porte inferi non preualebunt aduersus eam.

℟ Ego ꝓ te rogaui petre vt nō deficiat fides tua Et tu aliqñ conuersus confirma fratres tuos. ℣ Caro ⁊ sanguis nō reuelauit tibi sed pater meus qui est in celis. Et tu. Gloria. Et tu. ¶ Lectio nona

Sed hec in suis locis plenius exponētur. Venit inquit ihesus in ꝑtes cesaree philippi. philippus vt lucas testatur erat tetrarcha yturee et trachonitidis regionis.

℟ Petre amas me tu scis dñe q꞉ amo te Pasce oues meas. ℣ Simon iohannis diligis me plus his tu scis dñe quia amo te. Pasce. Gloria. Pasce. ℟ Petre amas ps̄ Te deum. ℣ Tu es petrus Et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. In laudibus añ Petrus et iohãnes ascēderunt in templum ad horam orōnis nonam. ps̄ Dñs regnauit. añ Aurum et argentum non est mihi qd̄ autem habeo hoc tibi do. ps̄ Jubilate. añ Dixit angelus ad petrum circũda tibi vestimētuz tuũ et sequere me. ps̄ Deus deus me⁹

añ Misit dñs angelum suũ et liberauit me de manu herodis alla. ps Benedi.
añ Tu es petrus et sup hanc petraz edificabo ecclesiam meam. ps Laud. cap. Petrus ad se. Hymnus Aurea luce. ℣ Constitues. añ Quodcunqz ligaueris super terram erit ligatum & in celis. & qd cũqz solueris sup terram erit solutũ & in celis dixit dñs simoni petro. tota ante. ps Benedictus. ¶ Oratio

Deus qui hodiernã diem apostolorũ tuorum petri & pauli martirio consecrasti da ecclesie tue eoꝝ in omnibus sequi pceptuz p quos religionis sũpsit exordiũ. per Sequitur memo. de octa. iohãnis bapti ste. añ Innuebant. ℣ Fuit homo. oro Concede. Ad horas añ. laud. in ordine Ad primã super Quicũqz. añ Spes nostra. cap. Petrus ad se. cap. Nõ uos me. cap. Scimus. ℟ In omẽm terrã. cum aliis et cum alla. oratio. Deꝰ qui hodiernã diem. &c ¶ Regula si hoc festum dñica eueniat omĩa fiũt de festo vt dictum est. et memo. de dñica in vtrisqz ℣s. matu. et missa. post meᵒ oc. sancti iohãnis bap. Expõ vero dñicalis & missa dicẽtur feria quarta sequẽte videlicz die sancti theobaldi. ¶ Regula si hoc festuz infra octa. sacramẽti eueniat omnia fient integre de festo et de octa. sacramẽti. et beati iohãnis baptiste memoria. Item si octa. die sacramẽti hoc festum eueniat omnia fient de festo et memo. de octa. sacramẽti et beati iohãnis baptiste. hoc anno de octa. sacramẽti fient septaue quãtum ad horas et oct. quãtum ad memo. Et nota q feria tercia pcedẽte vespi fiẽt de septauis sacramẽti et fiet puñ dupluz sicut dictum est de octa. tñ ad magt dicetur añ. de nocturnis qualis debeat dici. & fiet memo. de inuẽtione sanctoꝝ iustiani. sociorũqz eius. añ Tibi xpe. cum ℣. et orone. deinde de octa. beati iohãnis baptiste. Et sic fient feria quarta ad matu sex pme lectiões de septauis et tres vltime de expõe vigilie. Super bñdictus dicetur añ Reple dñe. et memo. de btõ iohãne baptista. vltimi ℣s. fient de festo apostoloꝝ et fiet memo. de octa. sacramẽti. añ O q̃m suauis est. deinde de octa. beati iohãnis baptiste. In vlti. ℣s. añ. Iurauit dñs. cum aliis. et cũ ps. sicut dexcer. cap. Petrus ad se. nõ dr ℟. Hymnus. Aurea luce. ℣ In omẽm ter. añ Gloriosi pncipes terre quomõ in vita sua dilexerũt se ita et in morte nõ sunt separati. tota ante. ps Magt. oro Deus qui ho. Sequitur memo. de octa. sancti iohãnis baptiste. añ Iohãnes vocabitur. ℣ Fuit hõ. oro Concede q̃s o. d. Ad completo. sup nunc dimittis añ. Lucem tuam. ¶ In cõmemoratione sancti pauli Ad matu. inuitatoriũ Regem apostoloꝝ d. ps Venite. Hymnus Eterna xpi. añ Qui opatus est petro in apostolatũ opatus est & mihi inter gentes & cognouerũt gr̃az que data est mihi a xpo dño. ps Beatus vir. ℣ Qui me segregauit ex vtero matris mee et vocauit p gr̃am suã. añ Scio cui credidi et certᵒ sum quia potẽs est depositũ meũ seruare in illa die iustus iudex. ps Quare fre. ℣ De reliquo reposita est mihi corona iusticie. añ Mihi viuere xpus est & mori lucrũ gloriari me oportet nisi in cruce dñi mei ihesu xpi. ps Dñe quid mul. ℣ Per quẽ mihi mũdus crucifixus est et ego mũdo. ℣ In omẽm terrã. Le. i.

Dum beatus paulus apostolᵒ pgeret ad locum passionis comitãtibus populoꝝ turbis innumeris venit ad portam vrbis romane vbi obuiaz habuit nobilissimã matronã noie plãtillã apostoloꝝ feruentissimam dilectricez et religionis diuine cultricẽ. Que flens eius se cepit orationibus cõmendare.

℟ Qui operatus est petro in apostolatum operatus est et mihi inter gentes. Et cognouerunt gratiam que data est mihi. ℣ Gratia dei in me vacua non fuit sed gratia eius semper in me manet. Et cog. ¶ Lectio secunda

Ad quam paulus ait vale plantilla eterne salutis filia Commoda mihi maphoram quo caput tegis et recede paululum in partem propter plebis impedimentum hic expectans donec ad te reuertar et tibi restituam beneficium.

℟ Scio cui credidi et certus sum quia potens est depositum meum seruare in illa die Iustus iudex. ℣ Reposita est mihi corona iusticie quam reddet mihi dominus Iustus iudex. ¶ Lectio tercia

Ligabo enim oculos vice sudarii et tue dilectionis amore mei pro christi nomine pignus ad illum pergens relinquam Que festinato maphoram porrexit et vt apostolus insserat obediuit

℟ Bonum certamen certaui. cursum consummaui. fidem seruaui. Ideoque reposita est mihi corona iusticie ℣ Scio cui credidi et certus sum quia potens est depositum meum seruare. Ideoque. Gloria. Ideoque. In secundo nocturno an. Tu es vas electionis sancte paule apostole predicator veritatis in vniuerso mundo. ps Cum inuocarem. ℣ Per quem omnes gentes cognouerunt gratiam dei. an Magnus sanctus paulus vas electionis vere digne glorificatur qui et meruit thronum duodecimum possidere. ps Verba mea. ℣ In regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue. an Bonum certamen certaui cursum consummaui fidem seruaui. ps Domine dominus noster. ℣ De cetero reposita est mihi corona iusticie. ℣ Dedisti hereditatem. ¶ Lectio quarta

Insultabant autem ei parthemius et firitas dicentes Quid credis in pastori et mago. cur perdis pannum optimum non tantum pro eum in seculo lucratura.

℟ Reposita est mihi corona iusticie quam reddet mihi dominus in illa die Iustus iudex ℣ Scio cui credidi et certus sum quia potens est depositum meum seruare in illa die. Iustus iudex. ¶ Lectio quinta

Paulus vero dixit ad eam. Etiam filia hic prestolare aduentum meum et signa mortis mee tibi afferam in panniculo ego cum christo victurus

℟ A christo de celo vocatus et in terram prostratus ex persecutore effectus est vas electionis et plus omnibus laborans multo latius inter omnes. Uerbi gratiam seminauit atque doctrinam euangelicam sua predicatione compleuit. ℣ Magnus sanctus paulus vas electionis vere digne glorificatur Uerbi gratiam. ¶ Lectio sexta

Interea longinus megestus et cestus et dum instarent obnixius pro salute sua inquirentes modum qualiter ad veram vitam potuissent peruenire audierunt a beato apostolo.

℟ Ne magnitudo reuelationum extollat me datus est mihi stimulus carnis mee angelus sathane qui me colaphiset propter quod ter dominum rogaui vt auferetur a me. Et dixit mihi dominus sufficit tibi paule gratia mea. ℣ Nam virtus in infirmitate perficitur. Et dixit. Gloria. Et dixit. In tercio nocturno an. Saulus qui et paulus magnus predicator a deo confortatus conualescebat et confundebat iudeos. ps In domino confido. ℣ Ostendens quia hic est filius dei viui. an. Ne magnitudo reuelationum extollat me datus est mihi stimulus angelus sathane qui me colaphiset propter quod ter dominum rogaui vt auferretur a me et dixit mihi dominus sufficit tibi paule gratia mea. ps Domine quis habi. ℣ Nam virtus in infirmitate perficitur. an Reposita est mihi corona iusticie quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. ps Domine in vir. ℣ Cooperante gratia s. s. ℣ Annunciauerunt opera

Lectio septima.

Fratres et filii mei mox vt ego fuero decollatus et vos et ceteri ministri interfectionis mee a loco in quo me dominus vocare dignabitur recesseritis viri fideles rapient et sepelient corpus meum.
℟ Sancte paule apostole predicator veritatis et doctor gentium Intercede pro nobis ad dominum qui te elegit. ℣ Ut digni efficiamur gratia dei. Intercede. Lectio viii.

Vos autem notate locum sepulchri mei et cras valde diluculo illuc venite ibique inuenietis duos viros orantes titum et lucam quibus dicetis. qua de causa vos misi et illi dabunt vobis signum salutis in domino
℟ Egregie dei paule doctor gentium diuinorum propagator preceptorum ecce nomen tuum in libro vite celestis ascriptum est et memoriale tui non derelinquetur In secula. ℣ Magnus sanctus paulus vas electionis vere digne glorificatur. In secula.

Lectio ix.

Nolite igitur dubitare exequi quod vobis dico. quoniam statim vt credentes sacro fonte fueritis intincti regni celestis efficiemini coheredes. Et his dictis peruenit ad passionis locum vbi ad orientem versus. tensis in celum manibus cum lacrimis orauit ebraice et deo gratias egit.
℟ Magnus sanctus paulus vas electionis vere digne glorificatur Qui et meruit thronum duodecimum possidere. ℣ Saulus qui et paulus magnus predicator a deo confortatus. Qui et. Glo. Qui. ps Te deum. ℣ Nimis honorati. In laudibus an Ego plantaui apollo rigauit deus autem incrementum dedit alleluia. ps Dominus regnauit ℣ Unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. an Libenter gloriabor in infirmitatibus meis vt inhabitet in me virtus christi. ps Jubilate. ℣ Quando enim infirmor tunc fortior sum et potens. an Ter virgis cesus sum semel lapidatus sum ter naufragium pertuli pro christi nomine. ps Deus deus meus. ℣ Nocte ac die in profundum maris fui. an Damasci prepositus gentis arethe regis voluit me comprehendere a fratribus per murum missus sum in sporta et sic effectus manus eius in nomine domini. ps Benedicite. ℣ Deus et pater domini nostri ihesu christi scit quod non mentior an Gratia dei in me vacua non fuit sed gratia eius semper in me manet. ps Laudate. ℣. Gratia dei sum id quod sum. Capitulum Per manus. Hymnus Exultet celum ℣ Constitues eos. an Uos qui secuti estis me sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel alleluia. tota ante ps Benedictus. ℣ Cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue. oratio

Deus qui multitudinem gentium beati pauli apostoli predicatione docuisti da nobis quesumus vt cuius natalicia colimus eius apud te patrocinia sentiamus. Per dominum.
Sequitur memoria de octa. sancti iohannis baptiste. an Johannes est. ℣ Fuit homo. Oratio Concede quesumus omnipotens deus. Deinde de sancto petro an Ait petrus. secunda de primo nocturno. ℣ Tu es petrus Oratio

Deus qui beato petro apostolo tuo collatis clauibus regni celestis animas ligandi atque soluendi pontificium tradidisti. concede propicius vt intercessionis eius auxilio a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui viuis et regnas.
Ad horas an. laud. in ordine. Capitulum Per manus. cum aliis. Respon. In omnem terram. cum aliis et cum alleluia Oratio Deus qui multitudinem.
Regula. Si hoc festum dominica contingat de festo fit integre vt dictum est et me. de dominica in vtrisque ves. ma. et in missa

Expositio vero dn̄icalis et missa vsq; ad feriam terciā sequētem reseruātur videlicet die sancti theobaldi confessoris.
Regula Si festum cōmemoratōnis sancti pauli feria quarta infra octa. sacramēti aut etiā die octa. eueniat ipius offi. in crastino translationis sancti martini reformabitur. de quo festo fient primi vs. ꝓpter semiduplū. Ad vs. añ Ego plantaui. prima de laud. sola sup ps̄ diei absq; versu. dum festum a die sua moueatur. Cap̄ Per manus. R A xp̄o de celo. Hymnus Exultet. v In omēm. añ Sancte palue. tota ante. ps̄ Magnificat. absq; versu. oro Deus qui multitudinem. Sequitur de sancto martino memo. añ Iste est. v Ora ꝓ nobis oro Deus qui populo. Deiñ de octa. sancti petri memo. cum versu et orone. et vltimo de dn̄ica si contingat. De sancto paulo nō fiūt vltimi vs. sed de octa. sancti iohannis baptiste vt patebit hoc ordine.
In octa. sancti iohannis baptiste fit puū dupl. Ad vs. añ Elizabeth zacharie. cum aliis sup ps̄. diei. nō dicūtur integre ante ps̄. capi. Audite insule. R Inter natos. Hymnus Vt queant laxis v Fuit homo. añ Ingresso zacharia. tota ante. ps̄ Magnificat. oratio Concede q̄s omps. Sequitur memo. de sancto paulo aplo ꝓpter horas. añ Sancte paule apostole pdicator veritatis et doctor gentiu; intercede ꝓ nobis ad deum qui te elegit. v In omēm terram. oro Deus qui mul. Deinde fit memo. de sancto petro. añ Petrus apls. v Tu es petrus. oro Deus qui beato petro. Ad completo. vt supra. Ad matuti. Inuitatoriū Regem pcursoris. ps̄ Venite Hymnus Vt queant. vsq; ad antra deserti. añ Priusquā te. cum aliis et cum psalmis sicut in die v Voce mea ad d.
Lectio prima
Hodie dilectissimi fratres iohannis qui dn̄i pcucurrit aduētum natalem diem celebramus qd nulli sanctoꝝ meminim᷒ attributum. hodie inq; eius natalem diem vnica ac singulari celebritate veneremur.
R Fuit homo. cum aliis in ordine de ꝓpria historia. non dr Gloria patri. nisi in terciis rn̄soriis. nec reincipiūtur. Le. ii
Vnde quia eū digne extollere non valemus humane vocis officio pdicemus eum dn̄ice attestationis oraculo ꝓloquēte xp̄o. quia inter natos mulieꝝ non est maior iohanne baptista. Lectio. iii.
Ipse enim xp̄us hoc dicit. Et ideo agnosce magnificētiam laudis de dignitate laudātes. Lectio quarta
Et sic dum nemo illo maior asseritur inter natos mulieꝝ datur intelligi ꝙ iohānes humanorum fuit mensura meritoꝝ. Le. v.
Porta hoc In huiuscemodi ei᷒ preconiis forte cogitas et dicis. quid est hoc ꝙ dn̄s iohānem baptistam principi apostoloru; petro ꝙ iohāni apostolo qui supra pect᷒ dn̄i in cena recūbebat anteponēdum esse indicauit. Lectio sexta
Non est ita. nam dicit Inter natos mulierū non est maior iohāne baptista. non eīn sum mis priorem sed primis pronūciauit equalem. Lectio septima
Compauit itaq; eum pfectis tali laudatione non ptulit. sed aduerte quia cum dr inter natos mulieꝝ solus ab hoc virginis natus excipitur. Lectio octaua
Merito ergo inter cōseruos suos nulli secūdus esse creditur cui solus dn̄s antefertur. que cum ita sint cui nullum preposuit in

preconio vide si ei nullum sit platur⁹ in premio. ¶ Lectio nona

Hic itaqꝫ intātum luce sancti tatis effulsit vt nō tam nūci⁹ xp̄i putaretur esse ꝙ xp̄us. ps Te deum. ℣ Justus germinabit In laudibus añ Elizabeth zacharie.cū aliis. Dn̄s regnauit.cū aliis.Capi.Au dite in. Hymnus Antra deserti.℣ Fu it homo.añ Aptum est os.tota ante.ps Benedictus.oro Concede q̄s.Sequi tur memo.de octa.apostolorum petri et pauli añ Maiorem caritatē ⁊c.de cōi.℣ Constitues eos.Oremus Oratio

Exaudi nos deus salutaris nr̄ et apostoloꝝ tuorum petri et pauli nos tuere p̄sidijs quorū donasti fideles esse doctrinis. Per⁊ Ad horas añ.laud.in ordine.Capi.et ℟ sicut in die. oro Concede q̄s. Regula si octaue iste dn̄ica eueniant de ip̄is fit vt dictum est ⁊ memo.de dn̄ica. in vtris qꝫ ℣s.matu.et in missa. Expositio vero dn̄icalis in crastino reformabitur. Re gula si octaue iste die octa.sacramnti eue niant omnia fiūt de octa.sacramēti.et de octa.beati iohānis fit in crastino videlicꝫ die beati theobaldi.de quo scō theo.re formabitur offi.feria sexta p⁹ transla.be ati martini.hoc anno vltimi vespi nō fi ent de octa.sacramēti ꝓpter sequēs du plum.sed de octa.beati iohānis baptiste et memo.de octa.sacramēti. In vltimis ℣s.añ.Inter natos.sola sup p̄s.diei. ca pi Audite insule. non dr̄ ℟. Hymnus Vt queant.℣ Fuit homo. añ Ex vte ro senec.tota ante. ps Magnificat. oro Concede q̄s.Sequitur primo me moria de sancto theobaldo presbytero et confess.nō epo. añ Justū deduxit.℣ Ama uit eum. Oratio

Deus qui nobis egregij cōfes soris tui theobaldi solennita tem celebrare cōcedis fac nos q̄s eius sꝫ meritis ⁊ intercessiōe mu niri cui⁹ deuote vite agonia tribuis gloriari. Per xp̄m.

Deinde fit memo.de octa.apostoloꝝ. añ Isti sunt sancti qui ꝑ lege.℣ In omēm. oro Exaudi. Processi et Martiniani fit tm̄modo memo.ad missaꝫ. Ad cōple. añ Lucem tuam.

¶ De sancto Theobaldo ꝯfes.nō ponti fice Ad matuti. Inuitato. Venite adore mus Regem ꝯfes.d. ps Venite. Hym⁹ Iste cōfes. añ Beatus vir.cū aliis.et cū psal.de cōi vnius cōfes. in tribus no cturnis. ℣ Voce mea.cū aliis. Le.i.

In cāpanie finibus territorio tri cassino castro pruuino.fuit ex re gum francie linea vir illustris ar nulfus noie.℟ Euge serue bo. Le.ii.

Quem tam latitudo p̄diorꝫ ⁊ opum affluētia ꝙ sanguis cla ra nobilitas fortunabant. ℟ Justus germinabit ¶ Lectio tercia

Hic erat vxor nō minus no bilis guilla nomine ꝓneptis gloriosi ꝯfessoris theobaldi archiep̄i vienēsis. ℟ Iste cognouit. Lectio.iiii.

Equo mater huius guille audi erat se filiaꝫ parituram ex qua ꝓdiret filius qui cūctis affini tatis sue hoībus p̄emineret. ℟ Po sui. ¶ Lectio quinta

Ab quā recordatiōem cū guil la viro suo primogenitum pe pisset eū nomine auūculi sui censuit theobaldum vocandum. ℟ Iste est qui ante deū ¶ Lectio vi.

Iste eniꝫ quātus essꝫ futurus a pri meuo flore sue docuit iuuētutis. Cum verō iam adultus accinctu rus esset in pascha tūc ꝓximo cingu lum militareꝫ ipse quē plus amore ce lestis milicie vita solitudinis heremi tice delectabat vniuersa qꝫ eius sunt dereliquit ℟ Ecce vir isra. Le.vii

NAm bucardi sanctissimi monachi qui in quadã secane insula prope senonis habitabat visus cõsilio assumpto secũ vualtero milite se in vrbem remẽsem a suis equis ꝛ servientibus subtraxerũt Re. Iste homo. ℭ Lectio octaua

ET autem licẽtius suã volũtariam pascerẽt paupratem du/ orũ peregrinãtiuz egenoꝝ quos forte obuios habuerũt ꝑ vili habitu suũ cariorem habitũ mutauerũt. Re/ spon. Amauit. ℭ Lectio nona.

ITa demũ locum theuthonie qui pitigo dr adeũtes vbi seruilibus se opibus cõcedẽtes visitaturi iacobi apostoli imina hiberniaꝫ sunt ꝑfecti. ℟ Magnificauit. ps Te deũ. ℣ Amauit. In laudibus añ Iustuꝫ deduxit. sola. ps Dñs regna. cũ aliis. capi. Iste cogno. Hymnus Ihesu redemptor ℣ Iustũ deduxit. añ Similabo. ps Benedictus. oro. Deus qui no. Sequitur memo. de octa. apostoloꝝ. añ Beati pacifici. ℣ Cõstitues. oro Exaudi nos. Ad horas añ laud. vna sup ix. capi. Iste cognouit. capi. Hic vir despi. capi. Iste cognouit. ℟ Amauit eũ. cum aliis absqꝫ alleluia. oratio Deus qui nobis. Regula si hoc festum dñica eueniat de festo fit vt dictũ est. et fiẽt sex prime lectiões de vita ipius. et tres vltime de expõne dñicali. de dñica fit memo. in vtrisqꝫ vs matu. et in missa. De sancto theobaldo non fiũt vltimi vespi sed de scõ thoma apostolo. ℭ In translatione sancti thome apostoli Ad vespos añ. Nos amici. sola sup ps. diei. capi. Per manus. Hymnus Exultet. ℣ In omẽs ter. añ Tradent em. ps Mag. nõ dr tota ante. oro

DA nobis qs dñe beati apli tui thome solẽnitatibus gloriari vt eius semp et patrociniis subleuemur et fidem cõgrua deuotione secte mur. ꝑ. Sequitur memo. de sancto theobaldo. ꝑpter horas. añ Iste cognouit. ℣ Amauit. oratio Deus qui no. Deinde fit memo. de octa. apostoloꝝ. añ Isti sunt viri sancti. ℣ Cõstitues. oro Exaudi nos. ℭ Ad cõple. sup nũc dimittis añ. Salua. Ad matu. Inuita. Venite adoremus Regẽ apostoloꝝ dñm. ps Venite. Hymnus Eterna xpi. añ In oẽm terrã. cum aliis. ꝛ cũ psal. de cõi in trib⁹ nocturnis. ℣ In oẽm ter. ℭ Lectio. i.

POst resurrectiõem dñi et saluatoris nostri ihu xpi qñ ipe ad discipulos ianuis claus intrauit et manus ꝛ latus eis ostendit iste vnus discipulus defuit reuersus qđ gestum est audiuit audita credere renuit. ℟ Ecce ego mitto vos. cũ aliis in ordine ℭ Lectio secũda

UEnit iteꝝ dñs et nõ credẽti discipulo latus palpãduꝫ ꝑbuit et manus ostendit et ostẽsa suorũ cicatrice vulneꝝ infidelitatis illius vulnus amputauit. ℭ Le. tercia.

QUid frẽs carissimi inter hec animaduertitis. Nũqnid casu gestuꝫ creditis vt electus ille discipulus tunc deesset. post hec veniens audiret audiens dubitaret. dubitans palparet. palpans crederet. ℭ Lectio quarta

NOn hoc casu sed diuina dispẽsatione gestum est. Egit naqꝫ miro mõ superna clementia. vt discipulus dubitans dum in magistro suo vulnera palparet carnis in nobis vulnera sanaret infidelitatis. ℭ Lectio quinta.

PLus enim thome infidelitas nobis ad fidem qꝫ fides credẽtium discipuloꝝ ꝑfuit. Quia dum ille ad fidem palpando reducit nostra mens omni dubitatõne postposita in fide solidatur. Le. vi.

HIc quippe discipulus post resurrectionem suã dñs dubitare pmisit nec tamen in dubitatione deseruit. sicut ante natiuitatem suam habere mariã sponsum voluit qui tamen ad eius nuptias non peruenit. ¶ Lectio septima.

ITa nãqz fact⁹ est discipulus dubitans et palpans testis vere resurrectionis sicut sponsus matris fuerat custos integerrime virginitatis. ¶ Lectio octaua.

PAlpauit aũt et exclamauit deus meus ⁊ dñs meus. dicit ei ihesus. quia vidisti me credidisti. cum paulus apostolus dicat. est em̃ fides sperãdaꝝ substãtia reꝝ argumẽtum nõ apparẽtium que eteniz apparẽt iam fidem nõ habent sed agnitionem ¶ Lectio nona.

DUm ergo vidit thomas duz palpauit cur ei dicitur. quia vidisti me credidisti. sed aliud vidit aliud credidit. A mortali quippe homie diuinitas videri nõ potuit ps. Te deum. ℣ Nimis ho. In laudib⁹ añ. Hoc est pceptum. sola. ps Dñs reg. cum aliis. capi. Per manus. Hymnus Exultet ce. ℣ Constitues. añ Apparuit thome dñs in visu nocte dicens ne timeas descẽdere in indiam quia ego non te derelinquo. ps Benedictus. oratio Da nobis qs. Sequitur memo. de octa. apostoloꝝ. añ Estote fortes. ℣ In om. oratio. Exaudi nos. Ad horas añ laud vna sup ir. capi. Per manus. cũ aliis. ℟ In om̃ẽm ter. cum aliis absqz alleluia Regula si hoc festũ dñica ptingat de festo fit vt dictum est. eo mõ ꝙ expõ dñicalis legetur ad matu. et sic fient sex prime lectiones de legenda pdicta de dñica vero fiet memo. in vtrisqz vs. matu. et in missa. De scõ thoma non dicũtur vltimi vespi sed de sancto martino hoc ordine et maxime in eiusdẽ ecclesia vt statim sequitur. Si vero nõ pceditur ad scm̃ martinũ tũc vespi dicũtur de scõ thoma in maiori ecclesia. Ad ves. sup ps. añ. Iurauit dñs. cũ aliis. capi. Per man⁹. Hymnus Exultet. ℣ In oẽm ter. añ Uos estis. ps Magt. oro Da nobis. Sequitur de scõ martino. añ O btũ viruz. ℣ Amauit. oro Deus qui po. Deinde de apl'is. añ Uos qui se. ℣ Cõstitues. oro Exaudi. ⁊c. Post pulsatõem vesporꝝ pcessio pcedit ad scm̃ martinũ canẽdo ℟. Martinus abrahe. In translatiõe sci martini epi ⁊ pfes. In ecclesiis que sũt de scõ martino Ad vs. dicũtur quinqz añ sup ps diei. añ. Iustũ de. cũ aliis. neumata dicũtur. nõ dicũtur integre ante ps. vltima tñmodo scz scẽ martine dr integre ante ps. capi. Ecce sa. ℟ Ecce vir prudens. Hymnus Iste cõ. ℣ Amauit. añ O btũ viꝝ. tota ante. ps Magt. oro

DEus qui populo tuo eterne salutis beatum martinũ ministrũ concessisti psta qs vt quẽ doctorem vite habuimus in terris intercessorez semper habere mereamur in celis. Per dominũ.

Sequitur memoria de sancto thoma añ Uos estis. ℣ In omnem terram. Oratio Da nobis. deinde de octa. apostoloꝝ. añ Uos qui secuti. ℣ Constitues. oratio Exaudi nos. Ad completorium super nunc dimittis añ Lucem tuam. Ad matuti. inuitatorium. Adoremus xpm̃ Regem confessorum dñm Qui eterna sanctum martinum coronauit gloria. ps Venite exultemus dño Hymnus Iste confessor. añ Martinus adhuc cathecuminus hac me veste contexit. ps Beatus vir añ Sancte trinitatis fidem martinus confessus est beatissimus gloriam percepit.

p̄s Quare fre. añ Ego ſigno crucis nō clipeo ꝓtectus aut galea hoſtiuȝ cuneos penetrabo ſecurus. p̄s Dñe quid mul. ℣ Voce mea ad. ¶ Lectio prima.

Quodam tempe beatus martinus ad ep̄atum turonice eccleſie petebatur. ſed erui a monaſterio ſuo non facile poſſ.t. ruricius quidā vnus e ciuib⁹ vroris lāguore ſimulato vt egrederet̄ obtinuit. ℞ Euge ſerue. ¶ Lectio ſecūda.

Ita diſpoſitis iam in itinere ciuiū turbis ſub quadā cuſtodia ad ciuitatem vſq3 deducitur Mirū in modum incredibilis multitudo nō ſolum ex illo o; ido ſed etiaȝ ex vicinis vrbibus ſuffragia ferēda cōuenerat. Reſpō. Ecce ſacerdos ¶ Lectio tercia

Vna oim volūtas deniq3 ſentētia martinū ep̄atu digniſſimū aſſerebāt. quibus nōnulli epi qui fuerāt euocati impie repugnabāt dicētes idignū eſſe ep̄m hoīem vultu deſpicabilem veſte ſordiduȝ crine deformem. ℞ Iurauit dñs. In ſecūdo nocturno añ. Confido in dño q̄ filia mea ꝑcibus tuis reddita ſit ſanitati. p̄s Cū inuocarem, añ Tetradius cognita dei virtute ad baptiſmi gratiam ꝑuenit. p̄s Verba mea. añ O virū ineffabilem ꝑ quē nobis tanta miracula choruſcāt. p̄s Dñe dñs nr̄. ℣ Gloria ⁊ ho. ¶ Le. iiii.

Hec tñ aliud his facere licuit q̄ꝫ q̄ populus dño cogente volebat Nam cū fortuitu lector cui legendi eo die officium erat interclusus a populo defuiſſet vnus e circūſtantibus ſumpto pſalterio quē primū verſum inuenit arripuit. ℞ Poſui adiuto. ¶ Lectio quinta

Ex ore infantium deus ⁊ lactētium ꝑfeciſti laudeȝ vt deſtruas inimicū et defenſorem.
℞ Iſte eſt qui añ dñm. Lectio ſexta

Quo collecto clamor populi tollitur ꝑs diuiſa cōfunditur atq3 ita habitū eſt diuino nutu hunc pſalmū lectum fuiſſe. ¶ Reſpō. Vere famulus. ¶ In tercio nocturno añ Dñs ihesus xp̄s nō ſe inquit purpuratuȝ nec diademate renitētem ſe venturꝫ eſſe predixit. p̄s Dñe quis ha. añ Sacerdos dei martine apti ſunt tibi celi et regnum pr̄is mei. p̄s Dñe in vir. añ Sacerdos dei martine paſtor egregie ora ꝑ nobis deum. p̄s Dñi eſt ter. ℣ Poſuiſti dñe.

¶ Lectio ſeptima

Apere p̄cium eſt enim etiaȝ illud viſere lectiōi qualiter ſancti martini corp⁹ in loco vbi nūc adoratur fuerit angelo reuelāte tranſlatum. anno ſexageſimo quarto poſt tranſitū glorioſi dñi martini beatus ꝑpetuus turonice cathedrā ſortitus eſt dignitatis. Reſpon. Iſte hō ab adoleſcentia. ¶ Lectio octaua

Adeptuſq3 hunc apicem cum magno votorꝫ conſenſu fundamēta tēpli ampliora q̄ꝫ fuerant ſuper beata mēbra locare diſpoſuit q̄ ſagaci inſiſtenſ ſtudio mirifice mancipauit effectui. Reſpon. Amauit

¶ Lectio nona

Adueniente ergo optatu tempore ſacerdoti vt templum dedicaretur et ſcm̄ corpuſculuȝ a loco vbi ſepultū fuerat transferret conuocauit ꝑpetuus ad diem feſtum pontifices vicinos ſed ⁊ abbatum ac diuerſorꝫ clericorꝫ nō minimam multitudinem. Tu autem.

℞ Magnificauit. p̄s Te deum. ℣ Amauit. In laudibus añ Beatus martinus dixit iuliano xp̄i enim ſum miles pugnare mihi nō licet. p̄s Dñs regnauit. añ Martine miſit nos dñs tibi auxiliuȝ ferre ruſticam multitudinem fugare. p̄s Iubilate. añ Dum ſacramenta offer

ret beatus martinus globus igneus apparuit super caput eius. ps Deus deus meus. añ Sacerdotes dei benedicite dñm servi domini hymnuz dicite deo in eternum. ps Benedi. añ Imposita manu puero beatus martinus inmūdum ab eo spm̄ eiecit. ps Laudate. Capitulum Ecce sacerdos. Hymnus Jhesu redemptor. ℣ Justum deduxit. añ Ora pro nobis bt̄e martine Ut digni efficiamur promissione xpi. tota ante. ps Benedictus. Oratio Deus qui populo tuo. Sequitur mēoria de octa. apostolorum. añ In patientia vestra. ℣ Constitues. oro Exaudi nos. Ad horas añ. laud. vna supra ps. capi. Ecce sacerdos. cum aliis ℟ Amauit. cum aliis ⁊ cū allia. oro Deus qui populo. Regula si hoc festū dominica euenat de festo fit vt dictum est. et memo. de dñica in vtrisq3 vs. matu. ⁊ in missa. Expō dñicalis ⁊ missa vsq3 ad feriam. iiii. sequē. reseruātur In vltimis vespis añ Dum sacramēta. iii. de laud. sola super ps. diei. capitulū Ecce sacerdos. Hymnus Iste cōfessor. ℣ Amauit eum. añ. Iste est qui ante deū. tota añ ps Magt. oratio. Deus qui populo. Sequitur memo. da octa. apostolorum. añ Electi sunt in xpo. ℣ In omnem terrā oratio Exaudi nos. Ad completo. añ Lucem tuā. ¶ In crastino sancti marti ni fit de octa. apostolorū petri ⁊ pauli. Ad matu. Inuitatoriū Uenite adorem[9] Regē apostolorum dñm. ps Uenite Hymnus Eterna xpi. añ In omnem terrā sola sup ps de apostolis. ℣ Dedisti hereditatem. ¶ Lectio prima.

Gloriosissimos cristiane fidei principes annuis solēnitatibus honorantes fratres carissimi ipsum dominū ac deū nostruz qui huius auctor est fidei debita religione veneramur Apostoli nāq3 latino sermōe dicūtur missi Qui ergo honorant missos. manifestuz est eos honorare mittentē quoniā3 dignitas que defertur ministris. illi sine dubio cuius ministri sunt exibetur. ℟. Ecce ego mitto.

Lectio secunda

Sicut em̄ ipse saluator ad discipulos suos. Qui vos audit. me audit ⁊ qui vos recipit. me recipit Uere beata apostolorum merita in quibus se xps ⁊ recipi predicat ⁊ audiri Beati nichilominus illi quorum deuocio delata apostolis recurrit in xpm Tenentes itaq3 fratres tante huius promissionis fidem de suppliciis patrū nostrorū pro cristi confessiōe susceptis fidelibus gaudiis exultemus. ℟. Tollite iugū.

¶ Lectio tercia

Deus qui es sanctor tuorum splendor mirabilis qui qз hodierna die beator confessorũ tuorum Nichodemi Gamalielis et Abibon inuentionem gloriosaз reuelasti. da nobis in eterna leticia de eorum societate gaudere. Per dñm Ad completo. super nunc dimittis añ. Salua nos. Ad matuti. Inuitato. Btũs stephanus xpi martir. Triũphat coronatus in celis. ps Venite. Hymnus Deus tuor mi. añ Stephanus aũt plen⁹ gratia et veritate faciebat signa magna in populo. ps Beatus vir. añ Uidebant omnes stephanum qui erant in consilio et intuebãtur vultum eius tanquam vultũ angeli stantis inter illos. ps Quare fre. añ Stephanus seruus dei quẽ lapidabant iudei vidit celos apertos vidit et introiuit beatus homo cui celi patebant. ps Dñe quid multiplicati. ℣ Scuto bone

Lectio prima

LVcianus misericordia dei in-
digēs et omniū hoim minim⁹
ꝑsbyter ecclesie dei qȝ omnib⁹
sanctis qui sunt in xpo ihesu in vni-
uerso mūdo in dn̄o salutem
℟ Stephanus aūt plenus grā et forti-
tudine Faciebat signa et ꝓdigia magna
in populo. ℣ Stephanus vidit celos
aptos vidit ⁊ introiuit. Faciebat. Le. ii
QVod apparuit mee pusillitati
a deo ter de reuelatione reli-
quiaꝝ beati ꝓthomartiris ste-
phani et nichodemi qui in euāgelio
scriptus est et gamalielis qui in acti-
bus apostoloꝝ noiatur necessarium
duxi vr̄e in xpo intimare dilectioni.
℟ Videbant omēs stephanī qui erāt in
consilio Et intuebātur vultū eius tanq̄m
vultum angeli stantis inter illos. ℣ Ste-
phanus aūt plenus gratia ⁊ fortitudine
faciebat ꝓdigia ⁊ signa magna in popu-
lo. Et intuebā. Lectio tercia
HIc igitur parasceue hoc ē se-
xta feria que est tercio nonas
decembris dormiens in loco
bapcisterij in quo custodiebā ecclesi-
astica semiuigilans vidi virū senem
longum canū ꝓlixam barbam habē-
tem palliatū alba stola ⁊ aureaȝ vir-
gam in manu tenētem
℟ Intuens in celum btūs stephanus vi-
dit gloriā dei et ait Ecce video celos ap-
tos et filiū hois stantem a dextris vir-
tutis dei. ℣ Cūqȝ aspiceret btūs stepha-
nus in celum vidit gloriam dei et ait. Ec-
ce video. Gloria. Ecce. In secūdo no-
cturno añ. Ecce video celos aptos ⁊ ihe-
sum stantem a dextris virtutis dei . ps̄
Cū inuoca. añ Impetū fecerūt vnani-
miter in eū et eiciētes eum extra ciuita-
tem lapidabāt inuocātem ⁊ dicētem dn̄e
accipe spm̄ meum. ps̄ Verba mea. añ.
Intuens in celum btūs stephanus vidit
gloriam dei. ps̄ Dn̄e dn̄s nr̄. ℣ Glo-
ria ⁊ honore. Lectio quarta
ET veniens stetit ad dexteram
meā et virga pulsauit me ter
vocans noīe meo. luciane. lu-
ciane. luciane surge. et dixit mihi. va-
de ⁊ dic iohāni epo scō. quādiu clau-
si sumus et non aperis nobis.
℟ Impii sup iustum iacturā fecerūt vt
eum morti traderēt at ille gaudens susce-
pit lapides Vt mereretur accipe coronā
glorie. ℣ Vidit btūs stephanus celos a-
pertos vidit ⁊ introiuit. Vt
Lectio quinta.
ET maxime quia in temporibus
tui sacerdocij oportet nos re-
uelari. et non tm̄ sollicitus sū
de me sed de his qui positi sunt mecū
℟ Lapidauerūt stephanū inuocātem et
dicētem Dn̄e ihesu xpe accipe spm̄ meuȝ
et ne statuas illis hoc peccatū. ℣ Posi-
tis autē genibus btūs stephanus orabat
dicens Dn̄e. Lectio sexta
ET dixi ei. quis es tu dn̄e ⁊ qui
sunt tecū. et dixit ego sum ga-
maliel qui paulum nutriui a-
postolū et bmecū sūt ipi sūt dn̄us
stephanus. domnus nichodemus et
abibas filius meus.
℟ Lapides torrētis illi dulces fuerunt
Ipm sequūtur oēs anime iuste. ℣ Mor-
tem enīȝ quā saluator ꝓ omnibus digna-
tus est pati hanc ille primus reddidit sal-
uatori. Ipsum. Gloria ipsum. In ter-
cio noctur. añ. Sepelierūt stephanū vi-
ri timorati et fecerūt planctū magnū sup
eum ps̄ In dn̄o confido. añ Habita-
bit in tabernaculo tuo requiescet in mō-
te sancto tuo. ps̄ Dn̄e quis ha. añ In-
terpellante beato stephano tribue nobis
dn̄e oramus vt cōtra omnia muniamur
aduersa et grā sancti spūs illūminemur.
ps̄ Dn̄e in vir. ℣ Posuisti dn̄e.
Lectio septima

Interrogaui autē eum dicens. et vbi vos querem⁹. qui dixit mihi In meo primo de villa agro qui dr de galabri qd interptatur viroꝝ dei. ℟ Stephanus seruus dei quē lapidabāt iudei Uidit celos aptos vidit ⁊ introiuit beatus homo cui celi patebāt. ℣ Stephanus aūt plenus grā ⁊ veritate faciebat prodigia et signa magna in populo. Uidit et in ¶ Lectio octaua

Euigilās em̄ rogaui dn̄m d. dn̄e ihu xp̄e si ista visio ex te ē fac vt iteꝝ etiā mihi appeat qn̄ vis. et iteꝝ ipse dn̄s gamal. ipa silitudie appnit mihi ℟ Ecce vir israelita. quere in cōi vniu s confessoris. ¶ Lectio nona

Cui dixit. quare neglexisti ire et dicere sancto iohāni epo. et respōdi. timui dn̄e mox ad pri mā visionem hoc nūciare ne viderer seductor esse.

℟ Patefacte sunt ianue celi xp̄i martiri btō stephano qui in numero scōꝝ inuentus est primus Et ideo triūphat in celis coronatus. ℣ Uidit beatus stephanus celos apertos vidit et introiuit. Et ideo. Glo. Et ideo. ℟ Te deū. ℣ Iustus ger. ¶ In laudibus an̄. Lapidauerūt stephanum et ipse inuocabat dominū dicens. ne statuas illis hoc peccatū. sola. ps̄ Dominus regnauit. cum aliis. Capitulum Beatus vir. Hymnus Martir dei. ℣ Iustus vt palma. an̄ Iherusalem iherusalem que occidis pphetas et lapidas eos qui ad te missi sunt. ps̄ Benedict⁹ oratio Da nobis. Sequitur de sanctis gamaliele et aliis memoria. an̄ Fulgebunt. ℣ Iustorum anime. oratio De⁹ qui es. Ad horas dicūtur an̄. que sequū tur in ordine sc3 Lapidauerunt stephanum. ⁊c. vt supra. an̄ Lapides torrentis illi dulces fuerunt ipsuꝫ sequūtur omnes anime iuste. an̄ Adhesit anima mea post te quia caro mea lapidata est pro te deus meus. an̄ Stephanus vidit celos apertos vidit et introiuit beatus homo cui celi patebant. Capitulum Beatus vir. cum aliis. Respon. Gloria et honore cum aliis absq3 alleluia. oratio Da nobis. ¶ Regula Si hoc festum sabbato contingat ipso sabbato fiunt vespi de tempore ꝑpter nouam historiam sequētes et de sancto stephano tantūmodo memoria. Item si hoc festum dominica eueniat in crastino ipius dominice reformabitur ipius officium vt historia dominicalis sc3 In principio dici valeat sua die. nam in alia dominica istius mens nō potest predicta historia reformari. Ipsa vero dominica fiunt vesperi de festo ad modum supradictum et de dominica tātummodo memoria. ¶ Deinde de sanctis vt supra. Ad vesperos super ps̄ diei. In natali beate marthe fit ꝑuum duplum. an̄ Letentur celi et exultent omnes gentes in his sacris solēniis gloriose marthe hospite christi resonēt nostre laudes impatori celorum qui eā plurimum amauit.

an̄ Hec est martha gloriosa que regem celorum hospitata est et pauit qui angelos et hoīes ⁊ oēm creaturā alit ⁊ pascit an̄ Felix martha illū qui suscitauit fratrem tuo amore pro nobis implora vt sua clementia a sepulchris fetidis scelerum nostrorum nos suscitet ⁊ viuere te cum in celis faciat.

an̄ Laudibus dignis est extollenda gloriosa martha que regem celorum hospitata est per quod impetrauit resuscitari fratrem suum a busto.

an̄ Ora pro nobis sedule supplicans ad christum quem hospitata es ede martha gloriosa. Capitulum Qui gloriatur. Respon. Pergens beata martha reperit draconem in nemore Quem proiecta super eū aqua sacrata et signo ligneo sancte crucis ei ostenso cingulo alligauit

℣ Et ilico a populo lanceis et fustibus est attritus totus. Quem. Gloria patri. Quem.

Hymnus

Hvtilat marthe dies dñi hospite sororis magdalene resonēt cantica leticie impatori summo glorie. Que suscepit xp̄m hospicio letatur polox in solio q̄ꝫ dulcis extitit susceptio p quā datur olimpi regio. Cuius prece domus fetidum ab orco suscitauit lazarum liberet p ipius meritū a morte ppetua populum. Felix regis celorum hospita aula cuius nitet e merita petim⁹ hunc p nobis rogita quo viuamus tecum in ethera. Gloria cum patre sit genito spirituiqꝫ pchenni sacro qui deus trinus ⁊ omps hanc memox faciat me moriam. Amen. ℣ Diffusa. añ O beata martha quia pro hospite tuo suscitari fratrem tuum a busto impetrasti tu is precibus votis impetra nobis a sepulchris viciorum suscitari et dignis virtutibus adornari. tota ante. Magnificat.

Oratio

Qvesumus omnipotens deus vt sicut meritis et intercessione beate Marthe virginis et hospite tue lazarum fratrem suū iaꝫ fetidum et mortuū resuscitare dignatus es et ipsam pprijs manibus sepelire sic fideles tuos a viciorum sordibus morte ppetua et subitanea digneris ppicius liberare et tecum in celestibus collocare. Qui viuis.

Sequitur memoria de sancto stephano. añ Sancte martir stephane tuum nobis presta subsidium cuius solēnem celebramus inuentiōem vt per te mereamur ob tinere veniam delictorum qui factus es socius ciuium supernorum. ℣ Justus vt palma. oratio Da nobis quesumus. Non fit memoriā de sanctis Gamaliele et aliis. Ad completorium super nunc dimittis añ Lucem tuam. Ad matu. Jnuitatorium Jmpatorem celorum adoremus ihesum christum Qui gratia hospitalitatis coronauit hospitam suā martham ps Venite exultemus. Hymnus Uirginis proles. Jn primo nocturno añ. Supernus hospes intrauit ihesus in quoddam castellum et mulier que dam martha nomine accepit illum in domum suam diligenter domine deus noster. añ Ut ppheta refert quasi colon⁹ venturus est in terra et quasi viator declinans ad manēdum dominus in ede beate marthe. ps Celi enarrāt. añ Huic beate marthe erat soror nomine maria que sedens secus pedes domini verba eius audiebat pasci q̄m pascere mallens. ps Dñi est terra. ℣ Jntrauit ihesus in quoddam castellum Et mulier martha nomine excepit illum in domū suam

Lectio prima

Beatissime christe electe ⁊ specialis discipule marthe gloriosum exitum honore debito venera utes eius conuersationem ⁊ merita domino sciente taceamus. Post quaꝫ dominus atqꝫ saluator noster passus ē ⁊ resurrexit a mortuis ⁊ ad celos ascendit beata martha vnacuꝫ sorore sua maria magdalene et beato maximino omnibus relictis et pria maxiliam applicuerunt. et primo territorium acquēsese adierūt. Tu aūt. Respon. Gaudeat totus orbis terrarū in celebritate gloriose marthe hospite christi quā ihesus tātum dilexit q ab ipa voluit hospitari Et pasti vitans regum palacia. ℣ Sicut imperatori summo amplexibus diue virginis placuit teneri sic in ede beate marthe illi complacuit refocillari. Et pasti.

Lectio secunda.

D Einde loca varia in ptib⁹ p̄uintie circũiacentibus ad agẽdam penitẽtiam et xp̄i nomen exaltãdum sepatim elegerũt. Ip̄a vero beata martha locum illum super rodani ripam qui nũc tharasto cẽsentur nomine sibi ad habitãdum elegit ibiqȝ corpus suũ longo tempe diuers afflixit abstinẽtijs.
℟ Hec est martha xp̄i hospita exemplũ pioꝝ forma actiue vite qua iusti trãsibũt ad regna celoꝝ Dum illis dicetur. ℣ Uenite benedicti patris mei quia esuriui ⁊ dedistis mihi manducare. Dũ. ¶ Le. iii.
P Ostea congregato ibidem secum fratrũ religiosoꝝ socioꝝqȝ conuentu quos de incolis ad xp̄m cõuertit cepit ingẽtem fabricare ecclesiam in honore et in nomie dñi ihesu xp̄i et gloriose virginis marie eius matris ibiqȝ vitam diu agẽtes asp̄am in dei laudibus permanserunt. ¶ ℟ Felix martha egregia quaȝ ihesus dñs amor noster indeficiens valde plurimũ amauit cuius sacris precibus Quadriduanũ frẽȝ suũ ab orco suscitauit ℣ Dilexit dñs ihesus btãm martham cũ qua dignatus est hospitari et pasci. Quadriduanũ. Gloria. ¶ In secũdo nocturno añ Gloriosa martha xp̄i hospitam satagebat circa frequens ministeriũ ciboꝝ dñi nostri ihesu xp̄i. p̄s. Eructauit.
añ Martha stetit et ait dñe non est tibi cure ꝙ soror mea reliquit me solaȝ ministrare dic ergo illi vt me adiuuet. p̄s Deus nr̄ refu. añ Respondens statim domin⁹ dixit martha sollicita es erga plurima maria optimã ptem elegit sibi que non auferetur ab ea in eternũ. p̄s Fundamenta. ℣ Martha auteȝ sathagebat circa frequens. ¶ Lectio quarta
I Psa vero martha p̄dicationib⁹ assiduis insistebat et p̄dicationem suam recipiẽtibus manuȝ suam benigne imponebat et accipiebãt sp̄m sc̄m. Quot vero hoim̄ milia p eam sua p̄dicatione ac doctrina sunt conuersa longum est enarrare.
℟ Beata martha sup fratris necem conquerens hospiti suo dixi. Dñe si fuisses hic frater meus nõ fuisset mortuus. ℣ Sed et nũc scio quia quecũqȝ poposceris a deo dabit tibi deus. Dñe.
¶ Lectio quinta
A Nno itaqȝ etatis sue octuagesimo et resurrectõis dñi nostri trigesimo quinto et mensibus sex cepit xp̄i famula febribus aggrauari. Octauo autem die ante exituȝ suuȝ sororis sue carissime animaȝ ad celos deportãtium et psallẽtiuȝ audiuit angelorum voces.
℟ Dixit dñs ihesus pie conquerẽti marthe resurget frater tuus cui ip̄a scio inquit qꝛ resurget In resurrectione in nouissimo die. ℣ Dixit ei ihesus ego sum resurrectio ⁊ vita qui credit in me vere si mortuus fuerit viuet. In resurrectõe.
¶ Lectio sexta
Q Uod et suo patefecit ac narrauit cõuentui et ad ip̄am sororem suam clamauit dicens. soror mea dulcissima quare mihi p̄missum non seruasti vt me ante exitũ tuum visitares viuas cũ hospite nr̄o sanctissimo in eternum.
℟ Informans martham fide dñs dixit ei omnis qui viuit ⁊ credit in me nõ morietur in eternũ credis hoc. ait illi vtiqȝ Adonay. ℣ Ego credidi quia tu es xp̄s filius dei qui in hunc mundum venisti. Adonay. Gloria patri.
¶ In tercio nocturno añ Diligebat dñs ihesus martham et sororem eius mariaȝ et lazarum o felix generatio quã ihesus inter ceteras magis dilexit. p̄s Cãtate. i. añ Resuscitabo a mortuis lazarũ dñ essȝ ihesus dñs apud bethaniã in domo symo

nis leprosi fecerũt ei cenam ibi et mar-
tha dapifera ministrabat illis. ps Dñs
reg. añ Laudibus dignis est extollenda
gloriosa martha que regem celoꝝ hospi
tata est p qd impetrauit resuscitari frẽm
suũ a busto ps Cantate.ii. ℣ Dixit mar
tha ad dñm ihesum si fuisses hic frater
meus nõ fuisset mortuus. ¶ Le.vii.

Post hec aũt prenũciata fra-
tribus suis morte sua corpali
eos vt ipam die noctuqz vsqz
ad septem dies accensis luminaribus
obitũ suũ vigilãtes obseruaret preci
bus multis ãmonuit. qd ⁊ ipi diligẽ-
ter fecerũt Septima aũt die trãsacta
vidit btãm mariã magdalenã sororez
suã sibi occurrere facem igneã in ma
nu sua tenẽtem. ¶ Respon. O beata
marta xpi mr̃is socia qui illa mẽbra pia
diua fouisti ferculis de sacrata tua. Que il
la diua mater pio fouit gremio. ℣ Fac
nos ergo tuis sacris pcibus refoueri te
cum in ede poloꝝ. Que. Le.viii.

Et dum altera alteram ꝓprio
vocaret nomie subito accessit
ei hospes suus fidelissim⁹ do
minus noster ihesus xp̃us dicens ad
eã Veni hospita mea fidelissima exi
de carnis ergasculo ad me in glorio
sum celi palaciuz recipienda qui me
totiẽs in tuo hospicio benigne ac de
uote suscepisti. Illi quoqz qui ad se
pulchrum tuũ deuote cõfessi fuerint
ꝑ amore tuo exaudiam gratiam qz
consolandi desolatos a te non aufe-
ram.
℟ Duas nutrices felices rex celoruz ele
git de mille nutriendo filio suo matrem
virginem Et hospitam suam martham.
℣ Mater virgo puerum anniculum et
martha virum trigenariuz pauit. Et ho
spitam. ¶ Lectio nona

Trãsacta igitur nocte illa sci
ens christi famula diẽ sui trã
situs aduenisse de loco vbi iacebat fo
ris se fecit deportari Et in platea re
tro basilicam sub arbore quadaz vñ
celum videre posset iacendo deponi
Paucisqz paliis suppositis cum cru
ce cinerea asperso cilicio operiri stra
tum precepit et sancte crucis lignuz
ante se teneri.
℟. Pergens. Require in primis vs.
Te deum. ℣ In memoria eterna erit
martha hospita mea Ab auditione mala
nõ timebit. ¶ In laudibus añ Exul-
tet omnis mũdus laudibus altisonis in ce
lebritate sancte marthe hospite christi.
ps Dñs reg. añ Hodie de carnis er-
gasculo beata martha terras relinquens
ad celi palacium leta trãsiuit. ps Iubi
late. añ Ille imperator celorum diuus re
cepit eam in celis quẽ illa diligenter su-
sceperat in terris. ps Deus deus me⁹
añ Hec maius q̃m abraham hospicio
suscepit deum scz ⁊ hoiem ihesum xp̃um
dñm nr̃m. ps Bened. Ora pro nobis
sedule supplicans ad xp̃um quem hospi
tata es ede martha gloriosa. ps Laud.
Capitulũ Qui gloriatur. Hymnus Ru
tilat. ℣ Ora ꝓ nobis. añ O piissima
martha piũ hospitem tuũ ꝓ nobis dep-
care vt qui fratrem tuum ab orco susci-
tauit tuis sacris precibus exaudibilibus
nos a sarcofagis viciorum resuscitet et
faciat viuere in celis. tota ante. ps Be
ned. oratio Quesumus omnipotẽs
deus. Ad horas añ. laud. in ordine. capi.
Qui gloriatur. cum aliis. ℟ Diffusa est
cum aliis. et cum alleluia. oratio Que
sumus omnipotens deus.
Regula si festũ beate marthe sabbato eue
nit vltimi vespi fient de festo et memo.
de dñica et de aliis. Item si hoc festum
dñica euenit in crastino dñice reformabi
tur. vt historia dñicalis scz In principio
d. valeat sua die quia in alia die non pot
cõmode reformari et fit memoria de scõ

cassiano in primis ꝟs. ꝓpter ꝓpriã aн. scꝫ Meméto. matu. et in missa. Item si feria secũda euenit in crastino reteꝛmabitur. quia ipa feria secunda fiet de sancto stephano. In vltimis ꝟs. aн Ora pro nobis. v. de laud' sola sup psal. diei. capi. Qui gloriatur. Hymnus Rutilat. ℣ Diffusa. aн Adonay ihesu xpe imperator celoꝝ humilime hospes btē marthe qs clemētiam tuã vt meritis egregie hospite tue hic digne viuere et in celis nos cum ea facias letari alla. tota ante. Magr. oró Quesumus ops deus Sequitur Cassiani epi et confes. memo. Memēto nostri sacerdos xpi beate cassiane petimus vt pro nobis intercedas ad dñm deum nrm. ℣ Amauit. oró Da quesumus. de cõmuni. Ad comple. vt supra. ❡ Cassiani epi et confes. fit sine Te deũ. Ad vespos dicũtur aн. feriales. Capi. Ecce sacerdos. Hymnus Iste confessor. ℣ Amauit. aн Memēto nostri sacerdos xpi beate cassiane petimus vt pro nobis intercedas ad dñm ihesum xpum. ps Magnificat. oratio Da q̃sumus omps deus. Ad matu. sup Benedictus aн Euge serue. De ipo non habetur ꝓpria missa Si sabbato siue dñica eueniat de sancto ꝓpter ꝓpriam aн. fit memo. in primis vespis matu. et in missa cum oratione vt supra.

Sixti epi et martiris Ad vesperos aнi. Iste sanctus. sola super psal' diei. cap. Beatus vir qui. Hymnus Martir dei. ℣ Iustus vt palma. aн Hic est vere martir qui ꝓ xpi. ps Magnificat ❡ Oratio

Deus qui cõspicis quia ex nulla nostra virtute subsistimus concede ꝓpicius vt intercessione beati sixti martiris tui atqꝫ pontificis contra omnia aduersa muniamur. Per dñm.

Deinde fit felicissimi et agapiti martiꝝ memoria. aн Gaudent in celis. ℣ Letamini. ❡ Oratio

Deus qui nos cõcedis sanctorum martiꝝ tuorum felicissimi et agapiti natalicia colere da nobis in eterna leticia de eoꝝ societate gaudere. Per dñm.

Ad completo sup nunc dimittis aн Salua nos. ꝛc. Ad matuti. Inuitato. Venite adoremus. Regem martirum dñm. ps Venite exultemus. Hymnus Deus tuoꝛuꝫ militum. aн In lege domini. sola super nouem psal. de communi vnius martiris. ℣ Scuto bone.

❡ Lectio prima

Eodem die quo beati abdon et sennes sunt martirio coronati Decius cesar et valerianus prefectus iussit sibi sixtuꝫ episcopum cum clero suo p̄sentari Sixtus igitur apud athenas et natus et doctus fuit Et dixit ad clerum suũ. fratres mei nolite expauescere.

℟ Iste sanctus ꝓ lege.

❡ Lectio scđa

Responderunt felicissimus et agapitus diaconi dicētes Et nos sine te patre nostro quo ibimus Et p̄sentatus est noctu decio et valeriano cum diaconibus Cui decius dixit Sacrifica. nam si non feceris tu eris exemplum omnium.

Respon. Iustus germinabit.

❡ Lectio tercia

Sixtus episcopus dixit Iam semel dixi tibi Sacrificium semper offero deo meo domino ihesu christo. Decius dixit ad milites Ducite eum vt sacrificet deo marti. Qui ductus respuit sacrificare Et duxerunt eum in custodia priuata cum duobus dyaconibus Felicissimi et Agapito.

℟ Iste cognouit. ps̄ Te deum. ℣ Iustus germinabit. In laudibus añ Qui me cõfessus. sola. ps̄ Dñs regnauit. cũ aliis. capitulũ: Iste sanctus. Hymnus Martir dei. ℣ Iustus vt pal. añ Beatus vir qui suffert. ps̄ Benedictus. orõ Deus qui cõspi. Sequitur memo. de martiribus. añ Fulgebũt iusti. ℣ Iustorum. orõ Deus qui nos cõce. Ad horas añ. laud. vna sup ix. capi. Btũs vir. cum aliis. ℟ Gloria et ho. cũ aliis absq3 allã. orõ Deus qui cõspi. Regula si hoc festum feria sexta contingat ad missam fit de cruce memo. Item Si hoc festum sabbato eueniat ad missa3 fit de sancta maria memo. Ipso sabbato fiunt vespi de tpe de quo sequũtur nouem lec. et de scõ sixto tãtũmodo memo. Itẽ si hoc festum feria secũda cõtingat dñica ꝓcedente fiũt vespi de tpe et de scõ sixto memo. añ Hic est vere martir. ℣ Iustus vt pal. orõ Deus qui conspi. Deinde de aliis. Et tũc in vltimis ves. sancti sixti sup ps̄ dr añ. Iste sanctus. et super magt̄ añ Qui odit. Item si hoc festũ dominica eueniat de festo fiunt hoc ordine nouẽ lec. ꝑpter dñica3 de qua fit primo memo. in vtrisq3 vs. matuti. et in missa In primis vs. añ. Iste sanct9 sola super ps̄. capi. Beatus vir. vt s̄. Sequitur de dñica memoria. deinde de martiribus et de sancta maria. Ad matu. inuitato. Venite adoremus. ps̄ Venite ex. Hymnus Deus tuoꝝ. Sequũtur nouẽ añ. cũ ps̄. de cõi vnius martiris in tribus nocturnis. añ In lege. cũ aliis. vsi. sicut decet. Sex prime lec. fiũt de passione ei9 ꝑdicta Et tres vltime de expõne dñicali. ℟ Iste sanctus. cũ aliis in ordine. ps̄ Te deũ. ℣ Iustus germinabit. In laudibus añ Qui me cõ. sola. vt s̄. deinde fit de dñica memo. et de martiribus. Ad horas vt s̄. Missa vero dñicalis in crastino celebrabitur. In vltimis vs. añ. Qui sequitur me. sola. capi. Beatus vir. Hymnus Martir dei. ℣ Iustus vt pal. añ Qui odit. ps̄ Magnificat. orõ Deus qui cõ. De martiribus supradictis nõ fit memo. Sequitur donati martiris et cõfes. memoria. añ Hic est vir. ℣ Posuisti dñe. oratio.

Deus tuoꝝ gloria sacerdotum presta quesum9 vt sancti martiris tui et epi donati cui9 festa gerimus sentiamus auxiliu3. per. Ad cõple. sup nunc di. añ Salua nos ꝛc. Donati epi et martiris fit ad matu. super benedi. añ. Nisi granũ. orõ vt s̄. Si sabbato siue dñica eueniat de ipo fit tãtũmodo memo. ad missam.

Cyriaci martiris sociorũq3 eius fit sine Te deũ. Ad vs. sup ps̄ magt añ. Gaudẽt in celis. Ad matu. sup ps̄ benedict. añ. Fulgebunt. Oratio

Deus qui nos annua beati cyriaci martiris tui sociorumq3 eius solẽnitate letificas concede ꝓpicius vt quorũ natalicia colimus virtute3 quoq3 passionis imitemur. per. Si sabbato siue dñica contingat de festo fit tãtũmodo memo. ad missam ꝑpter ꝓpriam orõnem.

Romani martiris fit sine Te deum. Ad vespos sup ps̄. Magt añ Dixit roman9 ad beatũ laurẽtium video ante te iuuenẽ pulcerrimũ festina me baptisare. Ad matuti. sup ps̄ Benedictus añ Nisi granum. orõ Presta q̃s. de cõi. Regula si sabbato euenit de sancto romano fiẽt hore. non de sancta maria nisi placuerit. s3 scdm chorum fit de sancto romano. sicut in alia die ꝑpter vigiliam beati laurẽtii de cuius vigilia dr maior missa vt fiat Ad matuti. legetur de legenda temporis. Item si dñica eueniat de ipso ꝑpter ꝓpriã antipho. fit memo. in primis vs. matuti. et et in missa In festo sancti Laurencii fiunt nouem lectiones cum

Dominus regnauit.añ. Laurentius bonum opus operatus est qui per signum crucis cecos illuminauit.ps. Jubilate. añ.Adhesit anima mea post te quia caro mea igne cremata est pro te deus meus. ps.Deus deus meus. añ. Misit dominus angelum suum et liberauit me de medio ignis et nō sum estuatus.ps.Benedi. añ.Beatus laurentius orabat dicens gratias tibi ago domine quia ianuas tuas ingredi merui.Capitulum. Beatus vir. Hymnus. Martir dei.V. Justus vt p.añ. In craticula te deum non negaui et ad ignem applicatus te xp̄m confessus sum probasti cor meum et visitasti nocte igne me examinasti et non est inuenta in me iniquitas.Tota ante.ps.Benedictus.

Oratio

Da nobis quesumus omnipotens deus viciorum nostrorū flammas extinguere. qui beato laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare Per dominum nostrum. Ad horas.añ.laudū in ordine Capitulum. Beatus vir.cum aliis. R. Gloria et honore cum aliis absq; allā.
Oratio.Da nobis.Regula.Si hoc festū dominica eueniat de festo fit integre vt dictum est et memo.de dominica in vtrisq; vespis matu.et in missa Expositio vero dominicalis et missa feria tercia sequente reformabuntur. In vltimis vespis. super.ps.dici.sola.añ.Beatus laurentius vna de laud.Capitulum . Beatus vir. Hymnus.Martir dei.V. Justus vt palma.añ.Qui odit animam.Tota ante.ps. Magnifi.Oratio. Da nobis. Seqtur memo.de sācto tiburtio martire de quo in crastino fiunt hore.añ. Inclitus martir tiburcius cum nudatis plantis super prunas ardentes incederet.fabiano prefecto dixit videtur mihi quod super roseos flores incedam in nomine domini mei ihesu cristi.V. Posuisti domine.

Oremus

Beati tiburcij nos domine foueant continuata presidia . quia non desinis propicius intueri. quos talibus auxilijs concesseris adiuuari. Per dominum.Ad completorium.añ.Miserere cum neumate.Hymnus Te lucis.Super.ps.nunc dimittis. añ. Lucem tuam. De sancto tiburtio fiunt tres lectiones.cum te deum . Ad matu. Inuitatori. Venite adoremus regem . ps.Venite. Hymnus. Deus tuorum.añ.In lege.sola.super nouez psalmos illius martiris V. Scuto bone.

Lectio prima

Beatus tiburcius filius chromatij vrbis rome prefecti eruditus in fide a beato sebastiano et sancto tranquillino et glorioso policarpo presbitero.qui ipsuz sacro fonte baptismatis inouauit . et familiam eius promiscui sexus mille quadringentos cum eo baptizauit Et cū ieiunijs et oratōnibus cuz papa gayo occuparetur quadā die transiens occurrit hoi qui de alto lapsus fuerat. et ita caput et omnia mēbra quassauerat vt de sola sepultura eius ageretur memoria.R. Iste sanctus. cum aliis duobus in ordine.

Lectio secunda.

Et accedens cepit dicere super vulnera eius oratōnem dominicam et cymbolum. et ita factus est homo solidatus et in columis quasi nihil contigisset ei. Tunc perduxit eum et parentes eius credētes ad papam gayum qui et eos pariter baptizauit Post hec autem fabianus prefectus cum tiburcius cristū confiteretur iussit ante pedes eius carbones ardentes effundi.

Lectio tercia

ET dixit ad eũ Eligi tibi vnuz
e duob⁹. an thura in istis car
bonibus proice . aut pedibus
super eos nudis incede Tiburci⁹ fa-
ciens signũ crucis constanter sup eos
nuda ingressus est planta. ⁊ cepit di-
cere Depone infidelitatem ⁊ disce. qꝛ
hic solus est deus quē confitemur oĩ
bus creaturis dominari Nam mihi
in noīe ei⁹ videẽ ꝙ super flores rose-
os gradiar. p̄s. Te deum. ℣. Iust⁹ ger
minabit. In laudibus. añ. Qui me confes
sus. sola. p̄s. Dominus regnauit. cum
aliis. Capi. Iste sanctus. Hymnus.
Martir dei. ℣. Iustus vt palma. añ. Be
atus vir qui. p̄s. Benedic. Oracio. Be
ati tiburcij. Sequitur octa. sãcti lauren
cii. memo. añ. Noli me derelinquere. ℣.
Dispersit dedit pau. ¶ Oremus.

EXcita dñe in ecclesia tua spiri-
tum cui beatus laurentius le
uita seruiuit. vt eodem nos re
plēte studeam⁹ amare quod amauit
⁊ opere exercere quod docuit . Per
dominũ eiusdē spiritus. Et dicitur per
octa. Ad horas. añ. laudũ. vna super no-
nã. Capitulum. Beatus vir. cum aliis.
℟. Gloria ⁊ honore. cum aliis absq̧ allã.
Oratio. Beati tiburtij ¶ Regula. Si
hoc festuz feria sexta eueniat in missa fit
post memo. beati laurentii de sancta cru-
ce memo. . Item si sabbato contingat in
missa fit similiter de sãcta maria memo.
Ipso sabbato fiũt vespe. de octa. sancti
laurentii de quibus sequũtur nouē lectõ
nes. Deinde fit de sãcto tiburcio memo.
añ. Hic est vere martir. ℣. Posuisti. Ora
tio. Beati tiburtij. Et de dominica et
de sancta maria. Item si hoc festũ domi-
nica eueniat de festo fiunt hoc ordine no-
uem lectõnes propter dñicam de qua fit
memo. in vtrisq̧ vespis matu. ⁊ in mis-
sa sabbato p̄cedente fit tantũmodo de sã
cto tiburcio memo. Deinde de domin

ca ⁊ de beata maria. Ad matutinas. Inui
tatorium. Venite adoremus. p̄s. Venite.
Hymnus. Deus tuorum . Sequũtur
nouem lectõnes. añ. cum. p̄s. vnius marti
ris in tribus nocturnis. añ. In lege cuz
aliis. Sex prime lectõnes fiunt de passi-
one ipsius supradicta. Et tres vltime de
expositõne dominicali. ℟. Iste sanctus.
cum aliis in ordine. p̄s. Te deuz. dicitur
℣. Iustus germina. In laudibus. añ.
Qui me confessus. sola. Capitulum. Iste
sanctus. Hymnus. Martir dei. ℣. Iu
stus At palma. añ. Beatur vir. p̄s. Bene
dict⁹. Oratio. Beati tiburtij. Deinde
fit de octa. ⁊ de dominica memo. Ad ho
ras. vt supra. Ad vltimos vesperos. sup
p̄s. diei. añ. Iste sanctus. sola. Capitulu;
Beatus vir. Hymnus. Martir dei.
℣. Iustus vt palma. añ. Hic est vere mar
tir. p̄s. Magnificat. Oratio. Beati ti
burtij. Saquitur de octa. memo. añ. Nõ
ego. ℣. Disperdidit. Oratio. Excita do
mine. Sequitur de dominica. si fit dñi-
ca. ¶ In crastino sancti tiburcii fit de
octa. eati laurentii q̄ sunt simplices. Ad
matuti. Inuitato. Iustus florebit. Hym
nus. Deus tuorm. añ. Quo ꝓgrederis
sola. super nouē. p̄ss. festi. ℣. Scuto bone
Tres lectõnes leguntur de legenda tem
poris. Tria prima. ℟. de ꝓpria historia
dicuntur. p̄s. Te deum. dicit. ℣. Iustus
ger. In laudibus. añ. Laurencius ingres-
sus. sola. Capitulum. Beatus vir. Hym-
nus. Martir dei . ℣. Iustus vt palma.
añ. Beatus laurentius. p̄s. Benedictus.
Oracio. Excita. Ad horas sicut in die
absq̧ allã cum oratõne. Excita. Regula.
Si hec dies dominica eueniat nouem le
ctõnes fiũt de octa. predictis propter do
minicam. In vtrisq̧ vespis qui fiunt de
de octa. fit primo memo. de sanctis. vide
licet in vespis de sancto tiburtõ et in vl
timis de sancto ypolito. Deinde de dñi
ca de qua fit et matu. memo. sabbato.

Ad vesperos super psalmos.añ. Beatus laurentius.sola. Capitulum. Beatus vir. Hymnus.
Martir dei qui vnicum patris qui sequēdo filiuz victis triūphans hostibus victor fruēs celestibus. Qui precatus munere nostrum reatum dilue arcens mali contagium vite remouens tedium. Soluta sunt iam vincula tui sacrati corporis nos solue vinculis seculi amore filij dei. Deo patri sit gloria eius q3 soli filio cum spiritu paraclito et nunc et in perpetuum. amen.
℣. Iustus vt palma florebit. añ. Non ego te. ps. Magnificat. Oratio. Excita. Sequitur de sancto tiburtio. memoria. añ. Hic est vere. ℣. Posuisti. Oratio Beati tiburcij. Deinde de dominica et de sancta maria et de patrono ecclesie. Ad matutinas. Inuitatorium. Iustus florebit. ps. Venite. Hymnus.
Deus tuorum militum sors et corona premium laudes canētes martiris absolue nexu criminis. Hic nempe mundi gaudia et blandimenta noxia caduca rite deputans peruenit ad celestia. Penas cucurrit fortiter et sustulit viriliter pro te effundens sanguinem eterna dona possidet. Ob hoc precatu supplici te poscimus pijssime in hoc triumpho martiris dimitte noxam seruulis.
Laus honor virtus gloria deo patri et filio simul cum sancto spiritu in sempiterna secula. Amen.
añ. Quo progrederis. cum aliis de propria historia et cum ps. absq3 neumatib9 et absq3 versicul' anthiphanar. Sex prime lectōnes fiunt de legenda de cōmuni vnius martiris que sic incipit. Ad sanctorum martirum corpora. Et tres vltime de expositōne dominicali. ℟. Leuita cum aliis in ordine. ps. Te deum. ℣. Iustus ger. In laudibus. añ. Laurentius. sola. Capitulum. Beatus vir. Hymnus. Martir dei. ℣. Iustus vt palma. añ. Laurentius. ii. de laudibus. ps. Benedictus. Oratio. Excita. de dominica fit memoria. Ad horas vt supra. Ultimi vesperi fiunt de octa. propter dominicaz añ. Beatus laurencius. sola. Capitulum Beatus vir. Hymnus. Martir dei. ℣. Iustus vt palma. añ. Beatus laurenti9 ps. Magnificat. Oratio. Excita. De sancto ypolito memoria. añ. Decius dixit ℣. Letamini. Oratō. Da nobis. que est ppria. Deinde de dñica fit memoria.
De sācto ypolito sociorq3 ei9 fiūt tres lectōnes cum te deum. Ad vesperos super psalmos diei. sola. añ. Cesar dixit. Capitulum. Sancti et iusti.
Hymnus
Sanctorum meritis inclita gaudia pangam9 socii gestaq3 fortia nam gliscit animus promere cantibus victorum genus optimum. Hij sunt quos retinens mundus inhorruit ipsum nam sterili flore per aridum spreuere penitus teq3 secuti sunt rex xpe bone celitus. Hij pro te furias atq3 ferocia calcarunt hominum seuaq3 verbera cessit his lacerans fortiter vngula nec carpsit penetralia. Ceduntur gladii more bidētium non murmur resonat non querimonia sed corde tacito mens bene cōscia conseruat patientiā. Que vox q̄ poterit lingua retexere que tu martiribus munera preparas rubri nam fluido laureis sanguine ditantur bene fulgidis. Te summa deitas vnaq3 poscim9 vt culpas abluas noxia subtrahas des pacem famulis nos quoq3 gloriam per cuncta tibi secula.
℣. Letamini in domino. añ. Decius

dixit ad beatum ypolitum sacrifica diis
ne pereas per tormenta sicut laurentius
ps. Magnificat. Oratio. Da nobis
quesumus. Sequitur de octa. memori.
añ. Dixit romanus. ℣. Dispersit ¶ Ora
cio. ¶ Excita domine. ¶ Ad matutinas
Inuitatorium. Uenite adoremus. ps.
Venite. ¶ Hymnus. ¶ Eterna xpi.
añ. Nouit dominus cum aliis in ordine
super psalmos plurimorum martiruȝ in
vno nocturno. ℣. Scuto bone.

Lectio prima

REgressus itaqȝ ypolitus post
tercium diem venit in domuȝ
suam ⁊ dedit pacem omni-
bus etiam seruis ⁊ ancillis suis. ⁊ cõ
municauit de sacrificio altaris beati
laurentii martiris ⁊ post posita men-
sa priusquam cibuȝ sumeret. venerũt
milites ⁊ tenuerunt eum. ⁊ perduxe-
runt ad decium cesarem. Quem vi
dens decius cesar. sic scribens dixit ei
Nũquid ⁊ tu magus effectus es qui
corpus laurentii abstulisse diceris.
℟. ¶ Beatissimus cristi martir ypolitus
dum baptismi graciam accepisset a bea-
to laurentio Ponebat manum super ocu
los cecorum ⁊ sanabantur. ℣. ¶ Ceco il-
luminato a beato laurentio ypolitus cre-
didit ⁊ percipere meruit baptismi sacra
mentum. Ponebat.

¶ Lectio secunda

REspondit ypolitus. Hoc feci
nõ quasi magus. sed quasi cri-
stianus. Quo audito. decius
cesar furore arreptus. iussit vt os ei⁹
cum lapidibus tunderetur. Et expo-
liauit eum veste qua induebatur ĩ ha
bitu xpiano ⁊ dixit ei. Sacrifica diis
⁊ acquiesce preceptis nostris ⁊ viue
⁊ fruere milicie palma.
℟. ¶ Expoliauit veste ypolitum decius
qua induebatur in habitu cristiano ⁊ di
xit ei Sacrifica diis ⁊ acquiesce precep
tis nostris ⁊ viue ⁊ fruere milicie palma
℣. Cesar dixit ad ypolitum quomodo fac
tus es insipiens vt nuditatem tuam non
erubescas. Sacrifica diis.

¶ Lectio tercia

IPolitus dixit. Nõ me expolia
sti sȝ magis incipis me vestire.
Decius cesar dixit. Nunquid
non es cultor deorum. Quomodo in
sipiens factus es. vt nuditatem tuam
non erubescas. ypolitus dixit. Ego
sapiens ⁊ xpianus sum. quia ignorãs
feci quod tu credis. ℟. ¶ Iussit vale-
rianus in conspectu ypoliti vt omnis fa-
milia eius capite truncaretur. Et sic eum
per carduos ⁊ tribulos trahi qui dum tra
heretur emisit spiritum. ℣. Beatum vero
ypolitum iussit vt pedes eius ligarentur
ad colla equorum indomitorum. Et sic.
Gloria patri ⁊ filio. ps. ¶ Te deum.
℣. Exultabunt ¶ In laudibus. añ.
Cesar dixit ad ypolitum factus es insipi-
ens vt nuditatem tuam non erubescas.
ps. Dominus regna. añ. Dixit ypoli-
tus ad decium non me expoliasti sed ma
gis vestisti. ps. Iubilate deo omnis
terra. añ. Dixit cesar ad ypolitum nunc
magus factus es respondens ypolit⁹ dix
it ad decium non suȝ ego magus sed suȝ
seruus domini mei ihesu cristi. ps. De
us deus meus. añ. ¶ Tunc valerianus
in conspectu ypoliti famulos eius marti
rizare precepit. ps. Bened. añ. Exemplũ
merear fieri laurentii beatissimi marti
ris cristi. ps. ¶ Laud. ¶ Capitulum.
Sancti et iusti. ¶ Hymnus.

REx gloriose martirum corona
confitentium qui respuentes
terrena perducis ad celestia.
Aurem benignam protinus appo
ne vestris vocibus trophea sacra pa
gimus ignosce quod delinquimus.

Tu vincis in martiribus parcendo confessoribus tu vince nostra crimia donando indulgentiam. Deo patri sit gloria eiusq3 soli filio cum spiritu paclito in sempiterna secula amen. ℣. Justorum anime. añ. Orauit sanctus ypolitus voce magna ⁊ dixit gratias tibi ago domine ihesu criste quia famulos meos in conspectu meo pati video. ps. Benedictus.

Oratio

Da nobis quesumus omnipotēs deus. vt beati ypoliti martiris tui sociorumq3 eius veneranda solēnitas ⁊ deuocionem nobis augeat ⁊ salutem. Per dominuz Sequitur de octa. memo. añ. Beatus laurentius dixit mea nox. ℣. Dispersit. Oratio. Excita domi. Ad horas. añ. laudū. i ordine. Capitu. ⁊ ℟. plurimoꝝ martirum absq3 allā. Oratio. vt supra. Regula. Si hoc festuz feria sexta eueniat post memoriā octauarum scī laurentii fit ad missam de cruce memo. Item si sabbato eueniat fit ad missam similiter de sancta maria. Ipso vero sabbato fiunt vespi. de quib⁹ sequūtur nouē lectōnes ⁊ memoria de scō ypolito. añ. Jussit valerianus. ℣. Letamini. Oratio. Da nobis. Deinde de dominica ⁊ de sancta maria memo. añ. Salue cum versiculo ⁊ oratōne. Item si hoc festum dominica eueniat de festo fiunt hoc ordine propter dominicā nouem lectiones de qua fit memoria in vtrisq3 vesperis matuti. et in missa. Ad vesperos. añ. Cesar. sola. super psalmos ⁊c. vt supra. Deinde de octaua ⁊ de dominica memoria. De sancta maria ⁊ de patrono ecclesie. Ad matuti. Inuitatorium Venite adoremus. ps. Venite. Hymn⁹ Sequūtur nouem. añ. cum ps. de cōmuni plurimorum martirum in tribus nocturnis. añ. Nouit dominus. versiculi plurimorum martirum. Sex prime lectōes fiunt de passione predicta. Et tres vltime de expositōne dominicali. Sex prima. ℟. de cōmuni dicuntur. s. ℟. Absterget euz quinq3 aliis. Et tria propria. ℟. dicuntur vltima in tercio nocturno. s. ℟. Beatissimus cum aliis. ps. Te deum. ℣. Exultabunt. In laudibus. añ. Cesar cuz aliis ⁊c. vt supra. Deinde fit de octa. ⁊ de dominica memoria. Ad horas. vt supra. Item si hoc festum feria secunda eueniat dominica precedente ad vesperos fit tantūmodo de sancto ypolito memoria. primo deinde de dominica. In vltimis vesperis. añ. Exemplum. sola super. ps. diei. Capitulum. Sancti ⁊ iusti. Hymnus. Sanctorum meri. ℣. Letamini. añ. Jussit valerianus in conspectu ipoliti vt omnis familia eius capite trucaretur ⁊ sic eum p carduos ⁊ tribulos trahi q dū traherēt emisit spiritum allā. ps. Magnificat. Oratio. Da nobis. Sequitur de octa. memoria. añ. Strinxerunt cum versiculo oracōne. Eusebii fit tantūmodo memo. ad missam. In vigilia assumptōnis beate marie virginis. Ad matutinas fit de octa. beati laurentii. Inuitatorium Justus florebit. ps. Venite. Hymnus. Deus tuorū. añ. Quo progrederis. sola. super nouem. ps. de die vt supra. ℣. Scuto bone. Tres lectōes leguntur. de expositone euāgelii. Loquente ihesu ad turbas Et dicūtur tria pria. ℟. de historia beati laurentii. si crastinum sancti tiburtii in dominica vel aliqua de ebdoma de p̄cedente cōtingat. Si nō in hac vigilia dicūtur duo. ℟. de historia supradicta

Secundum lucam

In illo tpe. Factum est cū loqretur ihesus ad turbas. extollēs vocē quedā mulier de turba dixit illi beat⁹ vēter qui te portauit. ⁊ vbera q̄ suxisti. Et reliq. Omel'. lectōis eiusdē.

Magne deuotionis mulier ostē-
ditur. que fidem dominice in-
carnationis quam corde con-
cepit. inter turbas malignantium re-
prehendentium ⁊ calumpniantiū ore
credulo confessa est dicens. Beatus
venter qui te portauit ⁊ vbera q̄ sux-
isti. Tria responsoria de historia.

¶ Lectio secunda.

In quibus verbis non solum
presentes calumpniatores qui
dicebāt in beelzebub principe
demoniorum eicere demonia confun
dit. sed etiam futurū errorem destrux
it. qui dicturi erant dominum non ve
ram carnē ex maria virgine assump
sisse.

¶ Lectio tercia

Si enim ventre portans vberi
busq̄ʒ est lactatus patet pro-
fecto ꝙ ꝯsubstanciale carnē
matris suscepit. maxime cum scd̄m
phisicos in ventre pregnantis liquor
sanguinis ⁊ lactis fonte manat. Sāg-
uinis. vnde formatus est homo. Lac
tis vnde pascitur. ¶ ps. ¶ Te deum
laudamus te dominum confitemur.
℣. Justus germinabit ¶ In laudibus. añ
Laurentius. sola. ¶ Capitulum. ¶ Bea
tus vir. ¶ Hymnus. ¶ Martir dei
qui vnicum patris qui sequendo fili-
um ⁊c. ℣. ¶ Justus vt palma florebit. añ
Igne me examinasti. ps. ¶ Benedictus
Oratio ¶ Excita domine ⁊c. ¶ Nulla
fit memoria, nisi sit dominica. ¶ Ad ho-
ras vt supra. ¶ Regula ¶ Si hec vigi
lia dn̄ica eueniat nouē fiunt lectōes de oc
taua propter dominicam. sicut dictū est
si crastinum sancti tiburtii contingat.
Et memoria de dominica in vtrisq̄ʒ ves
peris matutinis ⁊ in missa. Ad matuti
nas fiunt sex prime lectiones de sermone
illo qui est in communi sanctorum. Et
tres vltime de expositōe predicta scʒ Lo
quente ihesu. Tota historia dicitur sicut
continetur si crastinum sancti tiburtii cō
tingat ⁊c. ¶ Expositio dominacalis feria
tercia sequente reformabitur.

Ad vesperos assumptōnis beate marie
quinq̄ʒ. añ. dicuntur ⁊ dicuntur ante. ps.
et post cum neumatibus. s. añ.
Felix namq̄ʒ es beata virgo maria que
et genitricis dignitatem obtinuisti ⁊ vir
ginalē pudiciciam non amisisti. añ.
Uirgo prudentissima quo progrederis
quasi aurora valde rutilans filia syon to-
ta formosa ⁊ suauis es pulchra vt luna
electa vt sol. añ. ¶ Tota pulchra es ami
ca mea ⁊ macula non est in te fauus di-
stillans labia tua mel ⁊ lac sub lingua tua
odor vngentorum tuorum super omnia
aromata iam enim hyems transiit ym-
ber abiit ⁊ recessit flores apparuerunt
vinee florentes odorem dederunt ⁊ vox
turturis audita est in terra nostra surge
propera amica mea veni de libano veni
coronaberis. añ. ¶ Anima mea liquefac
ta est qua dilectus locutus est quesiui et
non inueni illum vocaui ⁊ non respondit
mihi inuenerunt me costodes ciuitatis p
cusserunt me ⁊ vulnerauerunt me tulerit
pallium meum custodes murorum filie
hierusalem nunciate dilecto quia amore
langueo. añ. ¶ Ortus conclusus es dei
genitrix ortus conclusus fons signatus
surge propera amica mea.

¶ Capitulum

In omnibus requiem quesiui
⁊ in hereditate dn̄i morabor
tunc precepit ⁊ dixit mihi cre
ator omnium ⁊ qui creauit me requi

tuit in tabernaculo meo.
R. ¶ Super salutem et omnem pulchritudinem electa es a domino et regina celorum vocari digna es. Gaudent chori angelorum consortes et concives nostri V. ¶ Valde eam vobis oportet venerari que tam sancta et intacta est virgo. Gaudent chori. Gloria patri et filio. Gaudent chori

Hymnus

AVe maris stella dei mater alma atq3 semper virgo felix celi porta. Sumens illud ave gabrielis ore funda nos in pace mutans nomen eve. Solve vincula reis profer lumen cecis mala nostra pelle bona cuncta posce. Monstra te esse matrem sumat per te precem qui pro nobis natus tulit esse tuus. Virgo singularis inter omnes mitis nos culpis solutos mites fac et castos. Vitam presta puram iter para tutum vt videntes ihesum semper colletemur. Sit laus deo patri summo cristo decus spiritui sancto trinus honor vnus amen. V. ¶ Post partum virgo inviolata permansisti dei genitrix intercede pro nobis. an. ¶ Paradisi porta per evam cunctis clausa est et per mariam virginem iterum patefacta est alleluia. ps. Magnificat anima mea dominum etc. V. In sanguine domini nostri ihesu cristi quem ex se incarnatum nobis genuit salvatorem.

Oratio

DEus qui virginalem aulam beate marie in qua habitares eligere dignatus es. da quesumus vt sua nos defensione munitos. iocundos faciat sue interesse festivitati. Qui vivis et regnas etc.

Memoria de octava beati laurentii. an. Interrogatus vel alia si sit dominica. s. an. Igne me. V. Dispersit dedit pauperibus. Oratio. Excita ¶ Ad completorium. an. Miserere super psalmos cum neumate.

¶ Hymnus.

TE lucis ante terminum rerum creator poscimus vt solita clementia sit presul ac custodia. Procul recedant somnia et noctium fantasmata hostemq3 nostrum comprime ne polluantur corpora. Presta pater omnipotens. Super nunc dimittis. an. Sub tuum. Similiter dicitur et per octavas. ¶ Ad matutinas qui vltimi de sero incipiuntur Invitatorium. ¶ Venite adoremus regem regum. Cuius hodie in ethereum mater virgo assumpta est celum. ps. Venite exultemus domino iubilemus deo salutari nostro etc. Hymnus. Ave maris stella dei mater alma etc. an. Exaltata es sancta dei genitrix super choros angelorum ad celestia regna. ps. Domine dominus noster. V. Ubi assistens piissima vultu dei memento fragilitatis nostre. an. Paradisi ianue per te nobis aperte sunt quas hodie gloriosa cum angelis triumphas. ps. ¶ Celi enarrant gloriam. V. ¶ Ascendens super omnem principatum et angelicam potestatem. an. Sicut mirra electa odorem dedisti suavitatis sancta dei genitrix. ps. ¶ Domini est terra. V. Ex qua meruimus auctorem vite suscipere. V. Diffusa est gratia in labiis tuis.

Lectio prima

Cogitis me o paula et eustochium ymo caritas xpi me compellit. qui vobis dudum tractatibus loqui consueueram vt nouo loquendi genere sanctis que vobiscū degunt virginibus latino vtens eloquio. exhortatōnis gratia sermonem faciam de assumptōne beate et gloriose semper virginis marie. more eorum qui declamatorie in ecclesiis loqui solent ad populum. quod vtiqz genus docendi necdum attigeram.

℟. ¶ Vidi speciosam sicut columbam ascendentem desuper riuos aquarum cuius inestimabilis odor erat nimis in vestimentis eius. Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum et lilia conuallium. Que est ista que ascendit per desertū sicut virgula fumi ex aromatibus mirre et thuris. Et sicut. Et dicitur. Gloria patri. per singulos versus.

¶ Lectio secunda

Sed quia negare nequeo quicquid iniungitis nimia vestra deuictus deuotione. expiar que hortamini effectu infanciū more balbucienciū. qui queqz audierint fari gestiunt. cum necdum possint ad plenum verba formare.

℟. ¶ Sicut cedrus exaltata sum in libano et sicut cipressus in mōte syon quasi mirra electa. Dedi suauitatem odoris. ℣. Et sicut cinamomum et balsamum aromatizans. Dedi suauitatem.

Lectio tercia

Maxime quia propter simpliciores quasqz id me depromere compellitis vt habeāt sermone latino quibus se occupent laudibus ex eadem die. quibus de diuinis vacent lectionibus. presertim cū et eadem festiuitatibus multorum sanctorum patrum studia miro cuderunt eloquio. que de hac quedam vberius vbiqz in scripturis diuinis predicata leguntur. ℟. ¶ Que est ista que ascendit sicut sol et formosa tanquā hierusalem. Viderunt eam filie syon et beatam dixerunt et regine laudauerunt eam. ℣. Que est ista que ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus mirre et thuris. Viderunt eam filie. Vltimum responsoriū solummodo reincipitur.

¶ In secundo nocturno.

añ. ¶ Specie tua et pulcritudine tua intende prospere procede et regna. ps. ¶ Eructauit cor meum verbum bonum etc. ℣. ¶ Que operatione spiritus sancti nobis genuisti speciosum pre filiis hominum. añ. ¶ Adiuuabit eam deus vultu suo deus in medio eius non cōmouebitur. ¶ ps. ¶ Deus noster re. ℣. ¶ Que virginali vtero huic mundo edidit redemptorem. ¶ añ. ¶ Sicut letātium omnium nostrum habitatio est in te sancta dei genitrix. ¶ ps. ¶ Fundamēta. ¶ ℣. ¶ Quam laudant celi et terra et omnis ornatus eorum. ¶ ℣. ¶ Specie tua et pulchritudine tua.

¶ Lectio quarta

Quid enim sonant euangelia nisi nascentem dominum ex maria virgine. Et omnia eius incrementa quousqz fuit in mundo dictarat diuinis efferunt preconiis. Porro ab exordio sancti euangelii gabrielem archangelum colloquentem marie audistis. et deinceps reliqua qua omnia plenius legistis.

℟. ¶ Ornatam monilibus filiam hierusalem dominus concupiuit et videntes eam filie syon beatissimam predicauerūt Dicentes vnguentum effusum nomen tuum. ¶ ℣. ¶ Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Dicentes vnguentum.



